

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Philipp Hartmann

**Decas Disputationum Logicarum, Publico Doctorum Examini In ... Rosarum
Academia proposita, In qua Praecepta Logices de Doctrina Enunciationis &
Syllogismorum dilucide proponuntur & exemplis facris illustrantur**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729466221>

Druck Freier  Zugang



RU phil 1638
Hartmann, Philipp
Disputationes logicae [1-4?]





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729466221/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729466221/phys_0002)

DFG

BB 618

DISPUTATIONUM LOGICARUM,

Publico Doctorum Examini

*In celeberrimā & florentissimā ROSARVM
ACADEMIA proposita.*

In qua

Præcepta Logices de Doctrina Enuncia-
tionis & Syllogismorum dilucidè proponun-
tur & exemplis sacris illustrantur

â

M. PHILIPPO HARTMANNO,
Lubenà Lusatia, SS. Theol. Studio.

Πάντα ἐσδοξα τῷ Θεῷ ποιῆτε.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI, Academ. Typograph.
Anno M. DC. XXXIX.

TIBI
ÆTERNE, SUMME, OMNIPOTENS
ET INDEPENDENS DEUS, PATER, FILI & SPI-
RITUS SANCTE, DEUS benedicte in secula secu-

lorum, Hasce primitias suas
Offert & consecrat humilimè, Servus tuus

M. PHILIPPUS HARTMANNUS.

 Ictoriā de hostib[us] reportatā Deo adscribēda & modestē ferenda est fortuna; nec res ad-
versæ animos nostros minuant, nec secundæ
extollant, sed si quid boni fecerimus ad Deū
referamus. Loco victoriae mihi sint Disputa-
tiones hæ Logicæ, Tuâ, æterne Dcūs, gratiā
ad finem feliciter & præter opinionem perductæ; has Di-
vinæ Tuæ MAIESTATI adscribo & acceptas fero. Te, clem-
entissime Deus, supplicibus fatigat precibus servus tuus,
ut benigno & sereniori vultu oblata aspicere, suis studiis
ex alto benedicere velis; da mihi clementissimè Spiritum.
S. Doctorem veritatis, ille me illustret, amoris ignem accen-
dat, ut summa mea delectatio sit in Lege Domini. Et cum
in nullo falli divinum sit, fac ratiū ut in voluntate tua
primū acquiescat mea; dein ut hæc oblata & omnia mea
studia Tuo Nomini sint gloria, mihi salutaria & proximo
proficia. Tu Deus dedisti ἀπόστολος εὐπορίαν καὶ τοῖς ἀνελπίσοις ελ-
πίδα Tu Deus antea juvisti, nunc quoq[ue]; jhova juva. Gratias
Tibi æterne Deus pro exuberante in me providentia & bo-
nitatis amplitudine ago, laudes tuas deprædicare nō cessar-
turus. Per tredecim enim annos extra Parentū meorūædes,
quæ septies in cineres proh dolor sunt redactæ, largiter &
Providentiā tuâ me incolumen Sospitemq[ue]; conservasti,
Præ-

Præceptores nūcūmīnos auxili. Felix ille, cui fidelis
contingit Præceptor; et enim non minus hoc Dei donum
est, quam ipsa ejus doctrina. In primis gratiæ Tibi benigne
Deus, debentur quod ad Hanc Academiam Tua me perdu-
xerit Providentia: & quamvis dura & aspera nonnunquā
expeditus sim, & amaritudo lātitiæ fuerit admixta, tamen &
pro his Tibi dandæ sunt laudes summā cum gratiarum a-
ctione; & hæc aliquando meminisse juvabit. Nactus insu-
per sum in hāc Præceptores orthodoxam Religionem pro-
fitentes; nactus Hebraicæ Linguæ, quæ & antea fomes ac
incitamentum studiorum mihi exstitit, imo prora puppisq;
cognitionis, majus incrementum; Coronam Philosophicā
capitimeo gratiuitò apposuisti; gratiam in disputando & le-
gendo concessisti. Pro his & aliis beneficiis, sanè innume-
ris, Tibi sit laus, honor & gloria; Spiritus Tuus S. me ducat
in omnem veritatem, & notam mihi jam faciat viam, per
quam ambulem; nam in te solum confido. Conserva hanc
Academiam & cultum literarum: da Pacem, tot suspiriis ex-
optatam, Patriæ nostræ, Dator optime, ut in æternum No-
miūis tui laudes decantare possimus.

AD LECTOREM.

Duo à Te, candide Lector, obnixè contendo, 1. ut sphalmata, que multa bis
irreperserunt Disputationib⁹, pro innatā ingenij tui luce corrigere, & omnia
dextrè interpretari velis: animus quippe non fuit initio, edendi quendam Tracta-
tum Logicum, & præterea aliis negotiis sui adstrictus. 2. Sin Tibi quædam vide-
antur minus ad veritatem genium sapere peto ut ad rectam rationem hac perpen-
das: fateor, in nullo errare divinum esse. Non a. mihi opponantur Arisfoteles,
Zabarella, Fonseca & alij jesuïtæ, cum istos Viros non agnoscam pro funda-
mento Philosophia sed rectam rationem nobis impressam juxta quam omnes con-
troversie in Logicis dirimē debeant. Tandem, multa in his Disputationibus sine ordi-
ne sunt prolata, quare brevem delineationem Logices apponam, prout Logicam
dividi posse existimo: nam quod notinulli in Formalem & Materiale partem
dispescant, id non sit absq; confusione, prædicabilium n. & Prædicamentorum do-
ctrinā pertinet ad materiale partem, nam an terminus de termino Synonymice
an v. Parnymice prædicetur scire non possum sine respectu ad materiam. Vale.

J:()

LOGI

			Terminorum Diversi- onem quomodo terminus sit vel		equivo- cus, Singulat., Com- munis, Consentaneus, Dens. non. Dissentaneus. &c. div quas Wegerus habet.
I. In simpli- ciuni-			2. ipsam aptitudinem praedicandi quomodo ter- minus aptus sit de altero affirmari vel		Synonymice Paronymice
Termi- norum			3. ipsam materiam prædicatio- nis seu Dispositionem re- rum prædicabilium.	1. Synonymica- rum, quarum clas- es in Pra- dicamentis ex hac fluunt	1. Definitio, sine qua res simpli- ces cognoscere possumus.
appre- hensi- one do- cet.			4. aptitudinem negationis, quod Terminus negative dispo- nit possint, ubi agitur de opposito,	2. Paronymicarum, quarum clas- sem nullibi reperies.	2. Divisio.
LOGI- CA de- rigit tres mentis opera- tiones, II. In sim- pli- cione er- rent in cogno- scendi modo.			1. De Enunciatione in genere & in specie de distinctione in	1. Categoricam. Compositam.	
			2. de Respectibus Enunciationum; s. de Parvū Logicalibus.		
			3. de Simplici (Absolutam.) Enunc. divi Exponib. em- bione, in Modalem.		Hypotheticam.
			4. de Compositae Enunc. divisione in		Disjunctivam. Copulativam.
			5. de Affectio- nibus Enun- ciationū, que	1. vel utramq; respiciunt. Qualitas Opposito Quantitas.	
			2. vel concernunt tantum simplices ut sunt		Equipollentia. Conversio.
			6. de Divisione Enunciati- onis ratione materia in;	Veram & falsam.	Consecutio.
			Necessariam & contingentem.		
				Usitatam, inusitatam.	
III. In Discur- su no- betur.			1. Forma, que sit vel	1. prolatio est vel: 1. Per Syllogi- sum, ubi agi- tur de Processu Dispu- tandi.	Imperfecta, in- Enibytemate, Perfecta in sylla- gismo explicito.
			2. Modus proferendi	2. Fundamentum generale: Positio antecedente &c.	
			3. Materia, ubi Syll. vel 4. Ordo.	3. Divisio in Simplicem Compositum. per Soritem, Inductionem &c. Falsus: Didascalia Anonymus in Practie. Verus & licet Demonstrativus, scienc-	

Cum Deo!

I.

Cum p̄m̄ didascalia, q̄y p̄m̄ m̄athētēs Algorismi
ēk t̄cūp̄arχ̄sōs m̄ātōw̄s l. i. post Anal. c. i. fiat, in id
etiam imposterum nobis incumbendum erit, ut ea, quæ
ad hujus controversiæ decisionem prænotatu necessaria videbu-
tur, breviter annotemus.

2. Quando igitur rebus Divinis notiones secundæ Logicae
attribuuntur & in Mysteriis etiam usurpantur, non putandum est
quasi imperfectio aliqua in res hisce notionibus denominatas infec-
tatur, sed rebus sunt denominationes extrinsecæ, quæ nihil mutant
in subjecto. Sufficit enim Logico, si res substrata generaliter ita
sese habeat, quemadmodum ratio formalis notionum secundarum
exigit. Non autem attendit rerum speciales conditiones, an vel
sint merè naturales, an supernaturales, an naturā cognitæ an vero
revelatæ, an cursu naturæ observatae an verò Mysteria. Sic Logi-
cus dicit, Subiectum hujus propositionis D.E U.S est homo, esse
DEUM, & hujus Scarabæus est animal, Scarabæum. Licet enim
DEUS & Scarabæus quoad rationes speciales infinitè distent; tamen
in participanda natura & ratione subjecti conveniunt, neq; major
est ratio in Deo quam in Scarabeo quoad rationem Subjecti. Quem-
admodum enim DEUS est de quo aliquid dicitur v. g. Homo; Ita
Scarabæus etiam est id, de quo aliquid v. g. animal prædicatur.

3. Neq; existimandum est, quasi, quia si quæ sunt supra cap-
tum rationis, à Logicâ non possint explicari. Nam Logica est
instrumentum commune & disciplinarum Theologicarum & Phi-
losophicarum realium, quæ instrumenta communia efformat, ad
veritatem dubiam indagandam. Ubiq; ergò hæc veritatis dubiæ
indagatio locum invenit, ibi etiam Logica officio suo præesse po-
test. Judicat igitur instrumentaliter, quatenus notiones secundas ha-
bet, quæ in omni materia locum inveniunt, non tamen realiter, ita

D

enim

enim Logica nec Philosophicarum rerum naturam potest expone-re, sunt enim supra ejus caput, uti Diff. i. th. 7. & seqq. dictum est.

4o. Inde 2. rationes speciales rerum notionibus secundis de-nominatarum Logica non attendit, sed secundum generalissimam instrumentorum suorum conditionem & naturam pronunciaet. Hinc quando hanc prædicationem, corpus est animatum considerat, non perpendit, an unio inter animam & corpus ex parte rei sit unio essentialis Physica, ex quā unum per se resultat, in quā corpus sese habet tanquam materia, & anima tanquam for-ma, an verò alia. Licit enim anima intime cohæreat & uniatur cor-pori, & intercedat essentialis unio Physica inter hæc, tamen hanc esse prædicationem accidentalem judicat, non aliter ac hanc: Petrus est albus, in quā prædicatum accidentaliter unitur cum re, quæ est subiectum: albedo enim & Petrus sunt unum per accidens, & inter hæc unio accidentalis Physica reperitur. Imò posse quædam acci-dentaliter prædicari inter quæ nulla unio ex parte rei est, mihi haec-nus persuasi. In his prædicationibus sc., Deus est Creator, Deus est Justus, quæ sunt denominativæ & accidentales ex optimorū Logi-corum sententiā. Imò & hæc: Quoddam animal est homo est acciden-talis si Arist. negligimus. Atqui nulla intercedit unio Physica, Genus n. & species, ut communis est sententia, realiter unum & idem sunt. Non igitur Logica curat, an unio de quibus agit, rerum sit essentia-lis an verò accidentalis, an unio personalis, Sacramentalis, usitata vel inusitata. Quia hæc sunt rationes speciales rerum, quas Logi-ca in suo judicio formaliter non attendit.

5. Sic ponamus Deum per omnipotentiam suam concursu extraordinariori, unite ignem cum ligno, seu quod magis est cū stra-mine hæc lege, ut ne in minimo ignis ista consumat: Erit sanè hic modus uniendi ignem cum ligno inusitatissimus, & ordinatio non animadversus, neq; cursu naturæ observatus, non tamen hoc obstat, quo minus hæc propositiones sunt accidentales, ignis est stramineus, vel stramen est igneum, non aliter ac hæc: paries est albus, in quā albedo naturaliter parieti adhæret. Quia enim unius usitatè vel inusitatè ad speciales conditiones rerum refertur, Logi-ca nullo modo hæc curat.

6. Fluit

6. Fluit 3. cum inusitatum possit aliquid dici dupliciter: 1.
ex parte conditionis specialis, 2. ex parte conditionis instrumenta-
lis notionalis, Logicam inusitatum ex parte rei prorsus non curare,
neq; attendere posse. v. g. Apud Logicum Deus est homo, Deus
usitatissimum est subjectum, Homo usitatissimum praedicatum,
non obstante quod res ipsa ~~unig~~ r̄ sit & captum hominum tran-
scendat, Usitatissimum enim subjectum Logicum in modo simplicitate
tale est, de quo aliquid dicitur; Praedicatum, quod de aliquo dici-
tur. Ita etiam usitatissimus dicitur Syllogismus, Syllogismus tertiae
figuræ, & consequenter etiam hic, *Messias est Deus, Messias est ho-
mo, E Deus est Homo.* Neq; propterēa, quia res ipsa est inusitata, ideo
inusitatum syllogismum Logicum etiam exinde conficit. Quod
si enim à rerum conditione notiones secundæ essent denominande,
quæ quæsto absurdâ inde colligerentur. Quid enim obstaret, ut, si
Syllogismus vel propositio de calidis ageret, calidus Syllogismus
vel calida propositio, si de frigidis, frigidus Syllogismus vel frigida
propositio diceretur, quæ omnia sane ridicula sunt.

7. Hoc loco etiam 4. debet praesupponi, quidnam sit praedi-
cari & quotupliciter aliquid praedicari dicatur, quod ideo hoc re-
ferimus, quia praedicatum nostræ controversiæ declarat. Scien-
dum igitur Praedicari sumi 1. latissimè, pro eo quod opponitur ~~re~~
subjici in quacunq; propositione, quomodo idem est ac esse praedi-
catum in propositione aliquâ, vel uti *Petrus Fonseca l. 1. inst. Dia-
lecticarum c. 14.* loquitur, affirmari aut negari de aliquo sive fiat ve-
rè sive falso? 2. latius, pro propositione affirmativâ, quam *Philip-
pus Dutrieu tract. 1. part. 1. c. 2. a. 1.* affirmationem unius de altero
& propositionem affirmativam sicut & *tract. 2. part. 1. art. 2. c. 2.*
Enunciationem affirmativam simplicem vocat. Ita etiam *Franci-
scus Toletus Cardinalis q. 2. de Indiv. f. 46.* ait: Est igitur praedi-
catio affirmatio, alicujus de aliquo: Propositio enim negativa non
propriè praedicatio, sed divisio quædam dicitur. Estq; ex ejus mente
vel propria, quæ vel ordinata, vel inordinata est, vel impropria.

8. Alter philosophatur Aristoteles *l. 1. post. anal. c. 22.*
quem audire hoc loco convenit: *Verum quidem dicimus,* ait, *cum*

hoc modo pronunciamus, quod cāndidū est ambulare, aut illud quod magnum est, lignum esse: & rursus cum lignum esse album, aut hominem ambulare enunciamus: Inter hoc tamen enunciandi genus, atque illud plurimum interest. Quando enim quod album est lignum esse dico, hoc, cui forte accidit ut album esset, lignum esse: nec ita attribuo lignum albo, quasi subjectum quoddam ligno sit album: Siquidem id usū venire hoc loco non videmus, ut fuerit prius id quod album est, aut omnino aut pars ejus, res quādam ipsa per se constans, tum deinde illi conveniret lignum esse: quare quod album est, lignum esse, id fortūsum & ex eventu tantum est, quando verò lignum esse album dico, id ego non volo, rem quādam albo subjectam esse, cū id acciderit, ut præter id quod alba est, lignum esset: qualiter fit cum ita enunciatur massicium esse album: id enim ex eo verum est, quod eidem homini, qui massicus erat, contigit, ut albus etiam esset: sed illius enunciationis ea rī est, ut albo subjectum sit lignum, cū illud non aliā ratione convenire cepit, nisi quā lignum est, aut species quādam illius.

9. Ubi imprimis notatu digna judicamus, quæ sequuntur, ἔτω τὸ ξτω λέγενται κατηγορεῖν, τὸ δὲ ἐκείνως ἡ τοι μηδαμῶν κατηγορεῖν, ἡ κατηγορεῖν μὴ μὴ απλῶς, τὸ δὲ Συμβεβηκός ἡ κατηγορεῖν, ἔτω δὲ ὡς μὴ το λόγον τὸ κατηγορεύματον, ὡς δὲ τοξύλον, τὸ δὲ κατηγορεῖται, τοσούτῳ δὲ τὸ κατηγορεύματον κατηγορεῖθαι τοι οὐ κατηγορεῖται απλῶς, απλὰ μὴ καὶ Συμβεβηκός.

10. Ex quibus colligitur, Aristotelii aliud esse prædicari absolutè, aliud verò eum addito, v. g. nullo modo aut μὴ απλῶς prædicari seu per accidens, quo modo & à Toletto, Durrieu imò modernis mille aliis abit Philosophus, qui discriminem hoc negligunt, Primò itaq; ex mente Ar. st: Enunciatio sit vera prædicatio, Secundò affirmativa, quæ alias ipsi κατάφασι passim, λόγοι κατάφασις, l. i. prior. analyt. c. 1. § 4. & Φάσις l. 3. de anima t. 26. l. i. Prior. c. 9. §. 5. l. Elench. Sophist. c. 30 §. 7. c. 31. §. 2 ac l. i. Eth. c. 9. dicitur; Et Tertio Directa, quæ alias ordinata, naturalis Themistio t. Phys. § 38. & Averroës, 7. Met. tex 19. l. post. c. 9. & l. 4. Phys. text. 33. ut & l. i. post. c. 22. ubi ait, Aristotelem naturales propositiones, & quas viam veritatis & analyticę spectant, perlustrasse, vocat.

11. Direc-

11. Directa autem Zabarella l. 1. de prop. necess. c. 8. est quando id prædicatur, quod extra animam alteri inest, & id subjicitur, quod extra animam alteri subest; vel uti Dutrieu habet, quando prædicatur, quod aptius est prædicari. v. g. terminus superior ratione inferioris & connotativus ratione absoluti, vel uti Fonsecas, quæ sunt veluti formæ eorum de quibus prædicantur.

12. Huic opponitur Indirecta, Inordinata, non naturalis, que Aristotelis est σύμβολον §. 3. & 23. b. c. l. 1. prior. c. 27. §. 2. & 3. l. 4. Met. t. 14. quam Zabarella definit, quando id prædicatur, quod extra animam alteri subest, & id subjicitur, quod extra animam alteri inest. Vel uti Dutrieu habet, quando id prædicatur, quod aptius est subjici, vel illud prædicatur, quod æquè aptum est subjici & prædicari. v. g. Absolutum de connotativo, ut album est signum § 3. terminus inferior de superiori, ut Homo est Cleon. §. 2. l. 1. Prior. c. 27. & terminus connotativus de connotativo, ut album est musicum. ibid. quod ad Dutrieu debet addi, ut & idem significacione terminus de eodem.

13. Cum ergo prædicatio & ex mente Aristot: & ex mente Dutrieu & aliorum (condonandum enim hâc vice aliquid consuetudini) sit affirmatio unius de alio, non possunt non in quacunque prædicatione duo occurrere, alterum quod de aliquo affirmatur, & alterum de quo alterum affirmatur. οὐκέτι τοδι, inquit Philosophus l. c. § 15. ἐν γε, οὐκέτι τοδι, quod idem ferè habetur l. Elench. c. 30. l. 7.

14. Minus recte hoc à me dictum quis forte suspicabitur. Cur enim copula omissa fuit, quæ alias non debet negligi? Anne forsitan copulam à partium propositionum numero aut plane secludimus; aut pro nudo syncategoremate agnoscamus? an forte ad prædicatum referendam judicamus?

15. Crellius certe l. 2. part. comm. duas tantum partes essentiales & necessarias ponit, subjectum sc: & attributum, sive nomen & verbum. Copula, inquit, pars necessaria non est, quod liquet quis aliquando actu non ponitur. Sunt autem Nomen & Verbum, subjectum & prædicatum idem τὸ εἶδος differunt τῷ λόγῳ. Nomen va-

cantur & verbum, quā seorsim & extra Enunciationem ponuntur, ac Pompejus vicit. Subjectum verò & prædicatum, quatenus nomen sub-
jicitur & de eo verbum prædicatur.

16. Ad hunc accedere videntur ii, qui copulam ad præ-
dicatum referunt, quomodo Goelenum parte 3. problem. Log. 20.
sensisse creditur Meisnero in Philos. sobriā. sect. 1. quest. 2. fol. 198.
verū nos in locum Goelenii citatum inquisivimus, neq; id quod
præ se fert questio, quasi partem prædicati copulam fecerit, depræ-
hendere potuimus. Quod enim copulam ~~τεσκατηγράμμον~~ asserat p. 59. in hoc certè Aristotelem sequitur, qui in c. 10. l. περὶ
σημ. §. 4. & l.l. prior. s. 3. § 3. Copula hoc munus demandat, neq;
ideo peccat. Magentino enim citante Vigilino f. 52. ~~τεσκατηγράμμον~~
est τὸ Χωδέον τὸ ὄφες τὸ ~~τεγμένος~~, οὐ μίαν τινὰ τὸ
~~τεργάνιον~~.

17. Hanc tamen opinionem Heinricum Hopfnerum in Comm.
suo sup. lib. de Interpret. eruditissimè conscripto fol. 491. fovere
plusquam certum est, expressè enim dicit ad prædicatum pertinet
copula, quæ ejus conditio & affectio quadam est & fol. 48. refert.
Copulam non esse partem Enunciationis, sed affectionem prædi-
cati, quemadmodum autem signa, inquit, sive ~~τεστιογράμματα~~ non
voco partem Enunciationis sed tantum requisitum necessarium sub-
jecti, ita nec copula est pars Enunciationis.

18. Idem ferè habet Johan. Scharffius in coll. Logico publ. an-
no 1629. typū excuso disput. 4. th. 5. in hac etiumpens verba: Omnis
Enunciatio constat ex duabus partibus nempe ex subjecto & præ-
dicato. Ab Aristotele subjectum vocatur nomen, prædicatum dici-
tur verbum, quia ad modum verbi adsignificat tempus, hoc est,
certam differentiam temporis exprimit. Et paulo post th. 8. Ob-
servas autem quod copula non sit pars Enunciationis sed conditio
prædicati. Est enim ~~τεσκατηγράμμον~~, apprædicativum &
essentialiter includitur in prædicato. Ut enim prædicatum juxta
Arist: est verbum, ita etiam essentialiter includit vim copulandi,
quæ exprimitur per copulam est. Ideò in hac Enunciatione: Ho-
mo est bipes, ibi prædi- ⁱⁿ non est vox bipes solitariè accepta,
sed

sed cum copula sit prædicatum, Et bipes. Sic enim debet resolvi illa proposicio: Homo est subjectum, bipes est prædicatum.

19. Idem etiam Grauerus in Absurd. Calvin. c. i. fol. 66. assert: Copula, inquit, peculiaris Enunciationis pars non est, sed quando actu ponitur est pars prædicati & fol. 67. Nec hinc sequitur, quod copula est peculiaris pars totius ternarie propositionis. Pars enim partis non est pars totius, siquidem totum à parte non dividit, sed tantum cum eo cuius est pars.

20. Argumenta Grauerus habet tria, quorum prius idem est, quod Crellius supra posuit. Alterum ni fallor est hoc: A quo cunq; nomen vel prædicatum vim prædicandi accipit, illud simul cum eo efficit prædicatum: atqui nomen, quod sequitur verbum, est omnem vim prædicandi accipit à copulâ. E. 3. deniq;, quod sic sequeretur in omni syllogismo esse quatuor terminos, nempe subjectum & prædicatum conclusionis, copulam & medium, quod rursus est absurdum. Copula igitur peculiaris pars non est, inquit, sed quando actu ponitur, est pars prædicati, unde Aristot: sect: 3. l. *Et equevocatio*, inquit copulam, EST, in Enunciationibus tertii adjacentis *exponatur*.

22. Toletus, quem sequuntur Connimbricenses in l. 1. prior. Ad nat. c. 1. q. 1. a. 3. Antonius Ruvio c. 3. de verbo q. 2. n. 48. & Reginus f. 41. distinctione utuntur, aliasq; Enunciationis partes materiales alias formales constituent. Per materiales intelligunt, quæ sunt re vera res aliquæ, que inter se componuntur vel dividuntur. Per partem autem formalem intelligunt ipsam conjunctionem vel divisionem, & quemadmodum notæ seu vocabula rerum ad partes materiales revocantur, inquit Reginus; sic etiam nota compositionis vel divisionis ad formam propositionis pertinet.

22. Nos autem amamus subjectum & prædicatum posse considerari dupliciter: 1. Materialiter & secundum Entitatem absolutam ut vulgo loquuntur. 2. formaliter, quatenus acte sunt partes propositionis, actuq; subjectum vel prædicatum constituunt, non aliter ac de causis loquuntur Metaphysici. Sic materia & forma ratione Entitatis absolute (loquimus cum Metaphysicis) unio.

unionem, quæ etiam essentialiter in composito occurrit, non includit, ut hæc ratione tria in quocunq; composito reperiantur, Entitas sc: materiæ v. g. corpus in homine, Entitas formæ v. g. anima, & unio ut pote modus substantialis ab animâ & corpore distinetus, illaq; ex parte rei uniens, ut homo unum fiat per se; Materia tamen & forma, quoad Entitatem respectivam (& in hoc premissus vestigia Metaphysicorum) unionem ita respiciunt, ut hæc ab illis minime distinguatur, quo modo materia & forma compositum absolvunt. Nam unio facit ut res v. g. corpus sit actu materia & anima in homine forma, quatenus animam cum corpore unit.

23. Ita etiam sese res habet in præsenti. Nam sit hæc Enunciatio, homo est animal, homo & animal possunt considerari dupliciter 1. Materialiter, quomodo alius est conceptus hominis, alius animalis, quo ipso conceprus conjungens & copulans à subjecto & prædicato hoc modo consideratis differt. 2. formaliter, quatenus sunt actu subjectum & prædicatum, quo respectu copula à subjecto & prædicato non differt, sed est ratio formalis utriusq; notionis secundæ, const. tuens subjectum in esse subjecti & prædicatum in esse prædicati, non aliter ac unio est id, per quod corpus nostrum actu est materia, & anima nostra forma nihilq; aliud notat, quam identitatem inter subjectum & prædicatum uti Philippus Dutrieu habet tratt. 1. p. 1. c. 2. a. 1. q. 1.

24. Et hoc etiam innuere videntur illi, qui distinguunt inter partes materiales & formales. Hi n: secundum ea que supra diximus, nihil aliud per partem formalem intelligent, quam nos per ipsam copulam, quatenus est ratio formalis subjecti & prædicati.

25. Ex quo non tantummodo nostra thesis intelligitur, sed etiam simul quid in supra positis sententiis desideramus, haud obscure colligitur. Nam Crellum quod attinet, ipsius hypothesin non admittimus, quando cum Zabarella l. 2. de naturâ Logic. c. 3. quem ut solent pleriq; moderni Logici sequuntur, imprimis Scharfius existimat, nomen cum subjecto & prædicatum cum verbo coincidere.

26. Nam 1. quando dico, Quicunq; credit salvatur, subjectum non est nomen: E. in quâdam Enunciatione subjectum & nomen

nem idem non sunt. Deinde s^æp^e p^r*æ*dicatum est oratio v.g. *Ho-*
mo est animal rationale. Atqui Orationem nomen dicere summa in-
scitia est: nomen enim & verbum sunt voces simplices, harum e-
nim partium teste Philosopho c. 2. l. de *Interpret.* nulla separatis
significat; Oratio vero est vox composita, cuius partes separatis
significare dicuntur c. 3. l. de *Interp.* 3. Quæ re ipsa sunt unum &
idem eorum uno posito semper ponitur & alterum: jam posito
quodam nomine non ponitur subjectū. E. Nam homo ubiq^u &
quandocunq^u, consideratur, etiam extra Enunciationem est nomen,
cum sit vox significativa ad placitum sine tempore &c. ex c. 2. l. i.
de *Interp.* Atqui extra Enunciationem nullum datur subjectum pro-
priè loquendo, is etiam testibus contra quos disputamus. Nam sub-
jectum est id de quo aliquid dicitur, notante ipso Crellio, dici autem
de aliquo formaliter infert judicium, quod ex nostrâ ex Petro Hur-
tado Mendoza diff. Log. 8. mente est Enunciationis ratio formalis.
4. Subjectum nunquam est p^r*æ*dicatum: At nomen aliquando est
p^r*æ*dicatum teste Crellio. E. Minor his verbis proponitur; Ver-
bum porro, (fol. 164.) nunquam subjecti, sed semper p^r*æ*dicati locum
tenet: nomen vero aliquando etiam p^r*æ*dicati locum occupat, ita ra-
men, ut verbum sibi substantivum adjunctum habeat, quo interceden-
te, cum priori nomine copulatur. Quæ causa est, cur verbum istud
copula nuncupetur, ut D^EUS est justus. 5. Judicio horum auto-
rum, Copula est verbum. E. in hâc propositione, homo est animal,
p^r*æ*dicatum & verbum non sunt unum & idem, p^r*æ*dicatum enim
est verbum & nomen, verbum autem non est verbum & nomen.
6. Zabarella si thesis suam in tabulis positam defendere voluerit,
statuat participia non esse nomina, quod etiam facit Averoës, Vene-
tus, Bannier & Fonseca, quem ideo falso citat pro suâ sententiâ Ke-
ckermannus f. 30. in Syst. Log. Atqui quoddam participium potest
esse subjectum. E.

27. Ad rationem Crellii (quæ etiam est Gravveri) respon-
demus negando minorem, quod actu in quibusdam propositioni-
bus copula non reperiatur. Nam si in quacunq^u, Enunciatione actu
ponitur verbum, actu etiam ponitur ipsa Copula. Atqui ex mente

E

Crell-

Cicellii, in quacunq; Enunciatione ponitur verbum EST. Consequen-
tia probatur ex ratione formalis verbis, qua est ut sit nota eorum
qua de aliquo dicuntur, id est significat Κωνίτον καὶ διαιτον τῶν
συγκειμένων, uti recte ex Arist: explicat Eruditissimus Scheikius in
Commentario. Aliud itaq; est vocula EST, alud vero ipsa Copula.
Illa non semper actu in Enunciatione occurrit; haec autem omnino.
Nam quodlibet verbum adjectivum, quod subjectum proxime se-
quitur in Enunciatione duo acta in se habet. 1. rem aliquam signi-
ficat αὐτὰς δὲ τὸν καὶ αὐτὰς λεγομένας τὰ πρώτα, ὥροντα τὰ δεύτερα
Ἐ οὐκανόντα: ἵνα δὲ οἱ λέγοντες τὸν Διάβολον καὶ οἱ αντίστοιχοι ηγέ-
μησαν, ait Philosophus c. 4. l. de Interp. 2. Copulat vel unit rem,
eui postea tribuit denominationem prædicati cum subjecto. οὐδὲ δὲ
τὸν καὶ εἴ τέχει, λεγομένων οὐ μέντοι εἰς §. 1. & §. 5. τεργαστηκαντας τοὺς
Κωνίτους τίνειν τὸν αὐτὸν συγκειμένων θεού εἰς γοναῖς. Ratione
prioris aliquid materiale importat, & est pars materialis Enuncia-
tionis, & vulgo prædicatum simpliciter dicitur; ratione posteriori
verò est copula, uti audivimus ex Aristotele & à Connimbric-
censibus aliisq; dicitur pars formalis.

28. Autorum §. 17. 18. & 19. citatorum sententia dupliciter
potest exponi. 1. exclusivè, quasi copula sit affectio vel conditio
prædicati tantum, neq; ad subjectum tanquam affectio vel conditio
spectet. 2. inclusivè, ut licet copula ad prædicatum referatur, eo
dem tamen jure tanquam affectio vel conditio subjecti stare possit.
Posteriori modo tolerabilius est assertio, quamvis ἀπειρῶν loquen-
do Copula non tam affectio, quam ratio formalis prædicati cen-
senda sit. Priori modo, quo dubio procul autores intelligunt ci-
tati prorsus erronea est sententia contra quam invicta duo argu-
menta pugnant, quorum prius desumitur ex doctrinā de conversio-
ne Enunciationum. Hæc enim est prædicati in subjecti & subjecti in
prædicatum (vocabulis his materialiter sumptis) mutatio. Jam si co-
pula esset pars vel affectio prædicati tantum, sequeretur, quia inte-
grum prædicatum in conversione debet fieri subjectū, quod etiam
Copula una cum nomine verbum EST sequente esset transumenda

& a

& à parte subjecti in Enunciatione convertebitur ponenda, quæ omnia ridicula sunt. Ficeret enim ex hâc, homo est bipes, est bipes est homo & postea, est homo est est bipes, & est est bipes est est homo, & est est homo est est est bipes, & sic in infinitum; Posterioris vero ex doctrinâ Syllogistica, cui quatuor terminos (non propositionales sed syllogisticos officialiter, ut licet barbarè bene tamen exponit Magister Johannes Magister in Logicâ p. 78. distinctos) interfert, Nam in hoc syllogismo.

Omnis homo est animal

Petrus est homo

E. Petrus est animal.

posito, quod Copula sit affectio prædicati, alium terminum facit homo, aliud est homo. Syncategorematum enim terminos mutare si adjiciantur ex mille exemplis in compendiis Logisticis ostenditur.

29. Signa itaq; sive ~~ωροθετήσεις~~ non nominari partes Enunciationis in se consideratae Hopfnero libenter concedo, neq; hoc nostram evertit sententiam, alias enim omnes Enunciationes & prædicationes signis deberent constare, quod experientia & usus jam dudum explorum est; interim signa per se velle requisita necessaria subjectorum vocare, in iis propositionibus quæ signis sunt affecta, nego. In conversione enim propositionis, in quâ integrum subjectum debet transponi in locum prædicati, nunquam transponitur simul signum, quod tamen fieri necessum esset, si signum esset necessarium requisitum subjecti. Præterea ad oppositionem duarum propositionum inter cætera requiritur, ut utriusq; oppositæ idem sit omnino subjectum & prædicatum. At vero si signa ad subjectum referre velles tunc falsum esset id, quod oppositio velleret: oppositæ enim habent diversa signa, ut hæc duas contradictoriæ, Omnis homo est doctus. Quidam homo non est doctus.

30. Primum argumentum Graueri §. 27. fuit solutum. Ad alterum respondemus, dicimusq; ambiguitatem latere in medio, quod duplum admittit sensum. Vel enim potest intelligi de potentia prædicandi, vel de actu. Si de actu nego majoris consequen-

E 2

tiam,

tiām. Hæc enim propositio; Quicquid largitur illi, quod verbum est sequitur, vim prædicandi actu, illud cum eo constituit totum prædicatum, & ita est pars prædicati, falsa est. Nititur enim ratione infirma, quasi id, quod largiatur rei Tò esse actu, sit statim pars istius. Nam per calefactionem ignis est actu calefaciens, nec tamen calefactio est pars ignis. Si a de potentia predicandi, nego minorem, Copula enim ejusmodi vim ei quod verbum est sequitur, non largitur, sed illud quatenus predicable, quod aptum est de pluribus prædicari, suapte natura habet. Imo et si concederemus totum argumentum Gravvero, nihil tamen contra nos efficeret, Nam argumentum tantum concludit Tò EST vel Copulam constitutam, quod & nos concedimus.

31. Ex eo, quod Copula actu & tanquam pars necessaria in Enunciatione occurrat, male; 3. concluditur fieri quatuor terminos in Syllogismo. Nam terminorum ratio, corundemq; Syllogisti, eorum partibus materialibus tantum potest attribui, utpote quæ extrema sunt propositionum & ēst, id est, qui terminant propositionem, atqui Copula neq; est pars materialis, neq; ēḡ sive terminus, uti habet Philippus Dutrieu tract. i. p. 2. c. 1. q. 1. Terminus enim definitio Aristotele lib. 1. prior. analys. c. 1. §. 7. est ēis ὅτι οὐκέπει τὸ καθόλον; id est in quem resolvitur propositio, sc: tanquam extremum materiale, uti Summulistæ docent, quod copulae minimè convenit. Male igitur hoc loco utitur Julius Pacius in nota ad §. cit. 7. ut ex eo eliciat copulam non esse verè partem Enunciationis;

32. Neotericos à Toletto supra citatos quod attinet, certe Tò EST uti copulae vicem sustinet, esse syncategorema non absurdum est, uti Toletus quidem in fundam. 2. f. 219. Connimbricenses c. 4. a. 4. f. 7. Ruvio c. 3. q. 2. n. 24; Johannet Lorinus, & Hornejus exercit. 5. n. 41. autumant. Novi quidem quod dicant EST quatenus Copula sit, inferre Entitatem transcendentalē. Verum ita EST esset καίσην, & inferret πράγματα; quod contra Aristotelem, qui lib. de Interp. c. 3. §. 6. τοις γέ μη εἰναι συμβούτῳ πράγματοι negat. Οὐδὲ εἰν, pergit, τὸ εἰνίον αὐτῷ φύλον, αὐτῷ μηδὲ γένεται;

πράγματα

περιστηματική σύνθεσιν πίνα ήν ἄνδε τὸ συγκεκριμένον εἰς τὸν στόχο.
Idem ex textu 24. c. 10. l. 9. Met. notum est, ubi ostendit ἀληθὴς
ὅτι τὸ περιστηματικόν τὸ συγκεκριμένον οὐδὲν διαφέρει τὸν εἶναι. Et paulo post:
τὸ μὲν εἶναι εἰς τὸ συγκεκριμένον ην εἶναι, τὸ δὲ μὴ εἶναι τὸ μὴ συγ-
κεκριμένον, ἀλλὰ πλέον εἶναι. Ad que verba addit Fonseca in Com-
ment. l. d. f. 666. & declarat interjecta parenthesi, nihil aliud signi-
ficari per verbum esse affirmatum in propositione, quam identita-
tem ejus, quod subjicitur cum eo quod prædicatur, per verbum
autem negativum, nihil aliud, quam diversitatem. Eadem habet
Thomas lect. u. ib. §. 2. unde Aristot. l. 5. Met. text. 14. aliud est Ens,
quod significat Entitatem transcendentalē & ξύνθετην κατηγο-
ρίας; aliud verò quod significat verum & falsum, vel uti Thomas
habet, veritatem propositionis.

33: Præterea si Copula EST, uti quidem fert communis o-
pinio, præter actum copulandi & significationem syncategorema-
ticam includeret entitatem transcendentalē, daretur progressus in-
infinitum. Si enim in hac propositione, homo est doctus, Tō EST si-
gnificaret præter compositionē Entitatem, ita ut hęc propositio re-
soluta esset talis, homo est Ens doctum, quæro etiam in hęc, an EST
significet Ens an verò non? Si non significat, E. datur aliqua E-
nunciatio, in quā Tō EST præter copulandi actum nihil significat,
quod est contra ipsos S. 32. relatios. Si verò significat, hęc propo-
sitio igitur, homo est Ens doctum, resolvetur in istam, homo est Ens
Ens doctum, & hęc iterum in aliam, quæ rursus in aliam &c: Deniq;
non posset privationibus & negationibus competere, de quibus ta-
men sunt propositiones: Nam entitatem hanc transcendentalē
copula conjunget cum re, quæ est prædicatum, quo ipso contradic-
tio in adjecto exsurget. v. g. Chimera est non Ens; Atqui non
entitas nunquam cum entitate & Chimera copulabitur, ut Chimae-
ra sit Ens non Ens.

34: Quando autem Neoterici, quos Toletus produxit, in-
ferre volunt, quod eo ipso, quo est syncategorema pars formalis
non sit, nimis liberalis est illatio: Quicquid enim est connexio τῶν
κειμένων sive rerum, quæ in prædicatione vel conjunguntur vel

dividuntur, illud etiam est pars formalis secundum autores supra citatos. Atqui copula est connexio τῶν καὶ μέσων E.

35. Præter spem à proposito longius digressi fuimus, idq; ideo quod quædam fuerunt explicanda, quæ multum lucis nostris intrà ponendis assertionibus conferent, in viam itaq;, revertetur, illaq;, quæ ad prædicationum indolem facere videbuntur, ulterius adjiciamus.

36. Suprà s. 13. diximus prædicationem affirmationem prædicati de subjecto inferre. Quando itaq; prædicatum de subjecto dicitur, & quidem verè, habitudo aliqua horum terminorum ad se invicem oriatur necesse est. Si enim falso dicetur nulla habitudo ori potest. Et hinc prædicatum vel essentiam subjecti significabit, vel non significabit. Medium vel tertium dari nequit, quando sc: termini sunt incomplexi. Prædicatum enim (quod sc: est incomplexus terminus) significare essentiam & prædicatum non significare essentiam contradictoria sunt, inter quæ tertium seu medium statuere primum & maximum est absurdum teste Aristotele l. 1. Posterior. t. 13. & l. 4. Met. c. 7.

37. Si itaq; prædicatum essentiam subjecti significat, Essentialis prædicatio oritur; si verò non significat, accidentalis, ut ferè termini videntur innuere.

38. Ad quas duplices prædicationes scopo Aristotelis neglecto, ipsiusq; autoritate deposita (quid enim ex mente Aristotelis sit dicendum, supra fuit expositum) omnes prædicationes, cujuscunq; etiam generis fuerint, sive extrinsecæ, sive usitatæ sive inusitatæ, immò quarumcunq; facultatum, etiam superiorum posse referri, non dubitamus.

39. Argumentum nostrum sit hoc; Cujus divisionis membra dividentia important terminos contradictorios, inter illa, sub illo divisionis genere non datur medium. Atqui prædictæ divisionis prædicationum membra dividentia important terminos contradictorios, ut patet *thesi* 36. Ergò inter illa non dabitur medium & per consequens nulla dabitur prædicatio, quæ ad neutram harum referri poterit.

40. Dico

40. Dico sive sint prædicationes extrinsecæ sive intrinsecæ.
Errat enim noster Dutrieu si exclusivè hanc divisionem intellexerit, qui loco citato tract. 1. p. 1. c. 2. a. 1. prædicationem intrinsecam dividit in essentiale & accidentale, cum tamen ipse dicat 1. 2. p. 2. c. 2. a. 3. quod divisum plus debeat continere quam singula membra dividentia. Hoc autem in prædicta divisione non sit. Nam membrum dividens, prædicatio scilicet accidentalis, etiam sub se prædicationem extrinsecam continet. Quando enim dico paries videtur, est prædicatio accidentalis extrinseca. E. non omnis prædicatio accidentalis est intrinseca, sed quædam etiam extrinseca. Peccat igitur Dutrieu contra legem divisionis primam.

41. Definitur autem Prædicatio Essentialis à Philippo Dutrieu l. c. a. 3. quod sit, cuius totum prædicatum est de essentiâ subjecti, ut Homo est animal. Homo est animatus. Prædicatio autem accidentalis cuius prædicatum nullâ ex parte (quando n. Dutrieu dicit, hanc prædicationem, Johannes est homo albus esse accidentalē, tunc id nego) est de essentiâ subjecti, ut Johannes est albus, à quibus non multum absunt ea quæ habet Petrus Fonseca l. 1. Inst. Dialect. c. 25.

42. Restè autem notat prædictus Dutrieu in quæstione secunda totum prædicatum debere esse de Essentia, si debeat esse prædicatio essentialis. Quia inquit, si aliqua pars prædicati non pertinet ad essentiam subjecti, non erit prædicatio essentialis, etiam si altera pars sit de essentia subjecti, ut hæc propositio, Johannes est homo albus, non est essentialis, quia album non est de essentia Johannis, licet homo sit de essentia illius. Quando tamen Dutrieu hanc prædicationem accidentalem dicit, etiam ab eo recedimus. Nam non totum prædicatum est de essentia subjecti, id est, quoddam quod est in prædicato est de essentia. & ita tota habitudo, quæ ex toto prædicato desumitur ad subjectum, non est accidentalis sed mixta. Prædicatum enim partim est de essentia partum non est de essentia. Homo enim ad Johannis essentiam spectat, quæ in æternum habitudinem accidentalem efficeret nequit.

43. Dices, Ergo datur media prædicatio inter prædicationem Essentialem & accidentalem v. g. Johannes est Homo albus
quod

quod est contra nostram thesin & argumentum pro probatione
theseos adductum. Nam ita inter contradictionia dabitur medium,
quod primum est absurdum. Respondeo, me locutum fuisse de
illis prædicationibus, quæ ex una parte prædicatū habent, & sic sim-
pliei prædicato constant, ex quibus etiam simplex habitudo & una
quidem oriri potest & in his termini contradictioni importantur. Ho-
mo enim vel est de essentia vel non de essentia, item album vel est de
essentia vel non est. Atqui de homine albo si referatur ad Johannem
non possum dicere, quod Homo albus vel sit de essentia Johannis,
vel non sit de essentia Johannis. Utrumq; enim falsum est, quia sunt
termini complexi, quorum unus alteram partem contradictionis,
alter alteram partem contradictionis explet. Et hoc modo ipse
Thomas jamdudum ante nos respondit lib. 3. sent. dist. 10. quest. 1.
art. 2. in resp. ad 2. quest. quando infert: In propositionibus per se ali-
ter est ex parte subjecti, & aliter ex parte prædicati, quia ex parte sub-
jecti sufficit, quod secundum unum tantum eorum quæ continentur in
subjecto prædicatum per se conveniat; ex parte autem prædicati opor-
ter quod quicquid est in prædicato per se conveniat subjecto unde hac
non est per se, homo est animal album; hac autem est per se homo al-
bus est animal.

44. Dutrieu etiam 2. in q. 1. explicat, quid sit esse de Essen-
tiā alterius, nimirū sine quo alterius naturā nec esse nec concipi
potest. Sic Anima est de essentia hominis, quia homo nec esse nec
concipi potest sine anima. Item animal dicitur de hominis essentia,
quia non potest aliquid esse aut concipi esse Homo, quin sit & conci-
piatur esse animal. Ita etiam ferè Franc: Suarez in Disp. Metaph. lo-
quitur, habetq; Aristoteles l. 7. Metaph.

45. Alii subtilius hanc rem persequuntur & distinguunt in-
ter essentiam & de essentia. Quodlibet enim prædicatum quod in
re concipitur ipsiq; immediate convenit, si non complectitur o-
mnia prædicata prima & immediata est de essentia rei, sicut a-
nima non est tota essentia Hominis, nec rationale est tota essentia
hominis; ambo autem simul sumpta sunt tota Essentia hominis.
Si autem aliquid prædicatum complectatur omnia prædicata pri-
ma & immediata, est hoc ipso tota essentia,

46. To:

46. Totum igitur prædicatum alicujus prædicationis Essentialis potest esse tota Essentia v. g. Quando dico Homo est animal rationale: Quantum est accidentis per se extensum. Totum item ejusmodi prædicatum non est de essentia, si *ane*¹ *Cetera* sectari volumus. Potest ergo esse vel de essentia vel tota Essentia.

47. Hoc sc: optime quadrat cum Aristot: l. c. prior. c. 22. §. 7. Ille enim explicare intendens, quæ significant Essentiam, dicit; *τὸν μὲν ἔστιν οὐ παῖδες, ὁπός εἰσίν τοι οὐ παῖδες καὶ τὸν διατρέπεται*, quod recte ita Pacius *ωιφελός*, quæ significant essentiam significant id cui attribuuntur, nihil aliud esse quam illud ipsum quod attribuitur, aut partem ejus.

48. Ergò illa nobis prædicatio essentialis erit, cuius prædicatum vel est tota essentia subjecti, vel de essentia subjecti, ita ut hoc referantur non solum prædicationes generis proximi de specie, sed etiam remotorum, differentiarum, definitionis de definito &c.

49. Prædicatio autem accidentalis est, cuius prædicatum non significat essentiam, vel id, quod de essentia est, id est, quod nec est illud ipsum sc: tota essentia, nec pars ejus sc: de essentia. Unde ib. Aristoteles: *ὅταν μὴ ἔστιν οὐ παῖδες, αὐτὰς καὶ τὰς ζωοκίνητας λέγεται οὐ μὴ εἰσι, μὴ τὸ πόθεν εἰσίν, μηδὲ τὸπος εἰσίν τι, συμβεβηκέται*. Ubi non necesse est, quod prædicatum sit accidentis prædicamentale. Nam quando dico, *Poculum est aureum. Corpus est animatum. Circulus est ferrens*, prædicationes accidentales sunt, prædicata tamen non sunt accidentia prædicamentalia. Nam sufficit ut sit accidentis contra distinctum essentiae.

50. Hac in re explicanda, autores Logici antiqui ferè omnes convenient & è recentioribus doctissimi, & ne forte quosdam adducamus, qui suspecti in presenti materia esse possent. Toletum hac vice & Fonsecam, qui certa omnem invidiam docti sunt & ferè in omnibus manibus hodie teruntur, videbimus qui nobis maxime quoad hoc οὐόψυχοι sunt. Toletus n.l.c. ait: *Ordinata prædicatio duplex est; essentialis & accidentalis: Essentialis est, in qua prædicatum vel est natura, vel de natura subjecti, quæ duplex. Essentialis quidditativa, & Essentialis sola: Essentialis quidditativa, qualis est prædicatio Generis & defini-*

nitionū, scilicet quando p̄d̄icatum est in quid; Essentialū sola quan-
do p̄d̄icatum est in quale quid, qualis est p̄d̄icatio differentiæ. Ac-
cidentalū, in quā p̄d̄icatum non est de naturā subjecti, quæ duplex
propria & communū. Fonseca verò l. 2. Instit. Dial. c. 2; Ea p̄d̄ican-
tur, inquit, essentialiter, quæ pertinent ad essentiam subjecti. Hoc modo
p̄d̄icantur de homine tūm animal, tūm rationū particeps. Ea p̄e-
dicantur accidentaliter, quæ non pertinent ad essentiam subjecti, quo
facto, rectum p̄d̄icatur de homine & candidum de Cygno. Eadem
habet ferè Franc. Titelmannus.

51. Plurimi p̄d̄icationem accidentalem autumant can-
dem esse cum de nominativa & contra. Inde quando denominati-
vas explicant, eo modo definiunt, quo nos ex Arist: accidentales.
Ita Johān. de Radā, Episcopus Pāctensis part. i. contr. Theol. inter
Thomam & Scotum contr. 21. art. 2. fol. 334. P̄d̄icatio denominati-
viva illa est in quā p̄d̄icatum non est de essentiā subjecti, sed extra
ipsam, qualis est p̄d̄icatio propriæ passionis de subjecto, & p̄d̄icatio
cujuslibet accidentis de subjecto. Et hoc modo etiam lo-
quitur Albert. Graueruf. 69. §. in primā parte cit. aliosq; hodiē ii-
dem sentire extra controversiam est. Quemadmodum etiam
Franc. Titelman. l. 2. confid. dial. c. 8. exp̄sse dicit, omnem acci-
dentalē p̄d̄icationem dici denominativam. Idem innuit c. 7.
quando dicit. Hac enim accidentalū p̄d̄icatio in proposīo appelle-
tur denominativus.

52. Et certè horum sententia probabili inniti videtur fun-
damento. Cum enim æquivoca impropriè p̄d̄icentur, si ad pro-
priam p̄d̄icationem p̄d̄icatum aliquod spectaverit, vel ratione
subjecti univocum erit vel paronymicum, plura enim in Antep̄d̄i-
camenris ab Aristotele non ponuntur, ex quibus vulgo solet na-
tura p̄d̄icationum colligi.

53. Fatesur quidem apud autores Scholasticos vocem de-
nominativi maximā improprietate gaudere, imò ipsos sibi ipsis
vix constare, quid nomine Denominativorum velint. Antonius
Trumbeta enim in tract: formal: tam latè denominativum extendit,
ut p̄d̄icationes per se in primo & secundo modo denominativas
appellat.

54. Log

54. Lovanienses citante Didato Matio autumant ut aliquid sit denominativum requiri ut sit deductum ab aliqua forma contenta in aliquo ex novem Prædicamentis. Et hoc modo etiam Colonenses in bursa montu in Comm. super tract. 3. P. Hispani f. 105. autumant denominativum dicere alienam naturam à suis subjectis, id est, debere esse alterius Prædicamenti à Substantiis. Quò sine dubio respexit Joh Capreolus l. c. ad 4. Durandi, quando dicit: *Ista Prædicatio, Deus est humana res, non est propriè denominativa sicut nec ista persona filii est divina, quia omni denominatio sumitur ab aliquo accidente vel habente denominationem accidentis.*

55. Chrysostomus Javellus tr. 5. de Ante præd. requirit ut forma per prædicatum significata sit secundum rem distincta à subjecto. Contra quem tamen est Petrus Tataretus tr. de Prædicabilib. f. 21. *Denominativum, inquiens, sumimus largè pro iū que formam realiter à denominato non habent distinctam.* Et Paulus Soncinas l. 4. Met. q. 19. (qui tamen sibi vix constat) ait: *Extenso vocabulo, omni prædicatio potest dici denominativa, quando prædicatum dicitur de subjecto per secundo modo, sive sit res ab eo distincta, sive non.*

56. Antonius Trombeta certè accidentalē & Denominativum non concederet esse unum & idem. Quædam denominatiæ enim ex mente ipsius sunt essentiales; illæ scilicet quæ sunt in primo modo dicendi per se, cum tamen nulla essentialis, ipso consentiente, sit accidentalis.

57. Lovanienses hanc prædicationem, Poculum est argenteum, aureum, ligneum, accidentalem etiam concederent, denominativam tamen ut potè quæ non habet formam ex aliquo accidentis prædicamento negarent. Colonenses τὸ λόγον εἶναι μηδὲν cum Aristotele l. 1. Post. c. 22. §. 1. & l. 2. Phys. f. 33. & l. 6. Met. c. 2. t. 3. τὸ συμβέβηκεν vocarent, quas tamen non possent dicere denominativas, subjectum enim hujus & prædicatum prædicantis non distinguuntur.

58. Javellus quoq; discrimin inter accidentales & denominativas agnoscet. Quando enim dicetem, quantum est divisibile, animal est rationale (frustrà enim hoc fervide oppugnat Antonius Andreas uti Augustinus Niphus Suecanus l. 3. Met. Disp. 3. c. 1.

demonstravit) prædicationes sunt accidentales, Javello tamen minime denominative, cum ratione tantum termini harum prædicationum distinguantur.

59. Quod si & Javellus prædicationem cum aliis latius sumi posse senserit hæc rationale est animal, & animal est homo, ad accidentales referet, minime tamen denominativas esse affirmabimmo.

60. Procul dubio hos authores tanquam à *λόγῳ* οὐ δι-
μato τὸ περὶ γραμματῶν ἐν τοῖς κεφαλίοις λέξιν οὐ οὐ-
μασίαν παρὰ βαίνοντες ex l. 2. Top. c. 1. §. ult. multi præsertim iij
quos §. 52. citavimus accusabunt, nimirūq; licentiā & pruritu pro
lubitu & libitu terminos aliter sumendi peccasse affirmabunt.

61. Hoc negare quidem non audeo sed quod & hi eandem
legem ab Aristotele latam violarint nobis probata non est difficile.
Non autem vel Scotum vel Antonium Trombetam, Javellum, Co-
lonienses, Lovanienses arbitros constituemus, sed summum in Peri-
patetica Philosophia cuius hodiè doctissimi vestigiis insistunt,
principem audiamus in l. categ. c. 8 ita differentem: ποὺς, inquit,
ἢ τοῦτο αὐτὰ παρενέμως λεγόμενα, η̄ ὅπως εν ἀλλάς απ' αυτῷ. Πη-
μένος εν τῷ αλλάσσων, η̄ χρέον ὅπερ πάντων παρενέμως λέγεται. οἱ ον-
τοὶ τὸ λαθυρήθρον, οἱ λαθυροί. η̄ δοτὸ τὸ διαμεσούντος οἱ δικαιοί.
ώσαντας η̄ η̄ Πητὶ τὸ αλλάσσων. εἰς τὸν οὐ, η̄ μὴ καταδειχθεῖ τὸ
ποιότον αὐτούματε, τὸν εἰδέχεται (πὸ λεγόμενον) παρενέμως αἴτο-
υταν λέγεται. οἱ ον οἱ διερμηνεῖς, η̄ ο πυκνοίς, οι αἱ δύναμις Φυ-
σικὸς λεγόμενοι, αἱ τὸ δέ μιᾶς ποιότητοι παρενέμως λέγεται εἰ-
δὲ κατα ονόματα τὸ διαμέσον, η̄ θεῖς αἱ πυκνοί η παλαιεργοὶ
μηδέθεον λεγον). πυκνὴ γε διπλική λέγεται η παλαιεργὴ
ποιοὶ η̄ δοτὸ τὰ ταῦ παρενέμως τὸ νοῦτον αὐτῶν ποιὸν λεγόμενον. οἱ ον-
τοὶ τὸ δέρετης οἱ πατερδαιοί. τὸ γε δέρεται ἔχειν, πατερδαιοί λέ-
γοται, αλλα τὸ παρενέμως δοτὸ τὸ δέρετης &c.



— 80 —

*Ad Praestantissimum
Dnm. Respondentem.*

Verus HOMO Deus Est factus! Reimâre, requiris
Hæccine sit, Logica, qualis, in arte, thesis?
Tam bene, tam plenè, tractas rem, tamq; disertè,
Cum spendore gravi, cum brevitate pari,
Ut nihil ulterius, quod quis desideret, adsit,
Vel quod lectorem detinuisse queat.
Perge modo inceptam studii pertexere telam,
Graviter & fontes volve revolve sacros
Atq; feros homines doctrinæ fulmine mulce
Ducantur tandem ad regnâ beata poli.

*Suavissimo suo convictori
l. m. f.*

*Johannes Andreae
Phil. & Med. D.*

Laudamus juvenes, quorum curatio prima
Est, varios studio per volitare libros:
Altera, testari cunctis liquidoq; probare,
Sudoris fructum non periisse sibi.

(2)

Nec

Nec tibi nunc istam laudem, REIMARE nega-
Qui specimen curæ das utriusq; novum. (mus.
Gratulor! & jubeo Te sic decurrere porrò
Istud honorificæ nobile laudis iter.

M: Johann: Reinboth
Altenb: Misn.

JOANNES REIMERUS
per avāχeapua
ERUIS EN ANIMO RES.

E Ruis en animo res altas, Jane, sagaci,
Quærens. Qui dictum sit: Deus Extat HOMO.
Egregie teris his fane sic ocia terris,
Dum mentem tali cognitione beas.
Gratulor, & voveo, faustis successibus auetet
Hocce tuum studium Qui Deus est & homo.

L. mg, f.
Hermannus Jung
Stormarus Holz,

Cum Deo!

I.

VARIAS & discrepantes autorum famigerabilium sententias pars prima nostræ Dissertationis exhibuit. Non itaq; in bivio ut Hercules, sed quadrivio derelicti quorum-nam vestigia nobis legenda sint summoperè titutamus. Arduum enim est, modò ab hujus, modò ab illius viri docti recedere sententiâ. Quocunq; tamen nos verterimus veniam nos impretraturos indubie speramus, si id instructionis, dubiæq; veritatis inquirendæ causâ, fecerimus.

2. Quod si fortè etiam imposterum unum atq; alterum deserere cogemur, non ideò optimes autores & nostrâ laude majores de ponte hoc ipso dejectos volumus, multò minùs laudi ipsorum quicquam detrahere conabimur. Longè enim à nobis abest hoc vi-tium, cum ab eo tempore, quo judicare de quoipiam cæpimus, lon-gè aliter senserimus ; sed cum veritas etiam ἀνέται ἀναρπεῖ lib. 1. Eth. Nicom. cap. 7. exposcat, illius gratia etiam mentem nostram citra aliorum summorum virorum præjudicium & ἀνθεμάθων, id est, libero & philosophico more exponemus. Quærere enim veritatem & eo nomine inquirere in sententias hominum aliorum cuiilibet eruditio[n]is amanti jus & fas omne permittit, si non etiam præcipiat. Servile n[on] est aliorum libidin's mancipium esse, maximèq; alienū ab ingenuis animis, nedum Philosoph: Studiosis: Φιλοσόφοις enim judge Platone lib. 8. de rep: ἀληθείας σέργεις est. & lib. 10. de rep: idem ait: οὐδὲ τῆς ἀληθείας πυνθέονται.

3. Quod si etiam nonnullis nostræ sententiae calculum suum adjicere non placuerit, illis non nostris sed Socrati verbis (qua Cic. etiam lib. 2. Tusc quest. fol. 193. expressit) respondebimus : Si eorum numero es, inquit Socrates, ē quorum ego sum, libenter abs te, qua insitui perquiram : si minus dimittam. Et si quorum tandem ē numero sim ego quas respondebo, & eorum qui & libenter se redargui patiuntur,

G

tur,

tur, & libenter redarguunt si quid falsum ineptumve alii dixerint, imo qui non minus redarguantur, quam redarguunt. Nam illud magis bonum arbitror, ut ipse maximo quodam malo liberer, quam ut alios liberem, nullum enim majus malum esse potest, quam est falsa opinio.

4. Cum bono itaq; Deo mentem nostram certis conclusiōnibus absolvēre animus est, quatum primo esto: Hæc enunciatio DEUS EST HOMO est æquè propria ac hæc PETRUS EST HOMO. Probatur: Si prædicatum hujus enunciationis DEUS EST HOMO æquè propriè tribuitur subjecto, & contra Subjectum æquè convenit cum prædicato, ac hujus Petrus est homo. sequitur has propositiones quoad proprietatem non differre, neq; hanc magis esse propriam illa. Prius est verum E. & posterius. Consequentia ex terminis nota est: quemadmodum enim: impropietatis oritur ex eo, quod prædicatum impropiè tribuatur subjecto v. g. pratum ridet, Utina est sana; vel subjectum impropiè conveniat cum prædicato. v. g. Quoddam ridens est pratum: Ita etiam proprietas ex prædicati ad subjectum habitu definiendi debet. Assumptum probatu non est difficile. Nam quodcunq; prædicatum ita tribuitur aliquibus in diversis propositionibus, ut sumatur secundum eandem rationem & definitionem, illud non magis propriè dicatur de uno quam de altero. Definitio enim cum sit essentia explicatio, quo ipso hæc quibusdam tribuitur, essentia etiam eadem, quā nihil magis proprium est. illis tribuitur. Atqui prædicatum hujus propositionis Deus est homo. secundum eandem rationem de subjecto suo Deus dicitur, ac illus Petrus est homo. Quando enim dico: DEUS est homo. Homo non minus constituit per animal rationale, quæ est definitio ac essentia hominis, ac quando dico: Petrus est homo. Sequitur igitur Conclusio

In argumentis Durandi solvendis æruinabilem operam vix impendemus. Capitulo quidem respondet ad primum negando probationem misericordis, quasi hæc DEUS EST HOMO non sit in primo dicendi modo per se. Dicit enim sol. z. in fine; duplex ter posse aliquam propositi onem in primo modo dicendi per se consistit.

stitui. Primo modo ait, Quia prædicatum est de ratione subjecti,
& isto modo hæc propositio, Deus est homo, non est in primo dicendi modo per se. Secundo modo: Quia forma signata per prædicatum essentialiter informat suppositum, pro quo supponit subjectum, licet non sit de ratione formæ signatae per subjectum nec intrinseca supposito, sed potius tracta ad esse suppositi, & hoc modo hæc est per se in primo modo, Deus est homo. Hanc tamen difficultatem his ipsis non sustulit.

6. Durandus enim 1. formaliter hanc propositionem considerat, uti ex § 32. part. 1. dissertationis nostræ videre est. 2. Tò per se non sumitur ex eo, quod connotatur & minus principaliter importatur. (cum Scholasticis agentes illorum etiam terminis utimur) sed ex formalí significatu propositionem formalem constitutente, uti data occasione dicemus. Tertiò, si prædicatum hujus enunciationis non est de ratione Subjecti, uti concedit Capreolus, certè non est in primo modo dicendi per se quem intendit Durandus. Ipse enim propriè loquitur de eo cuius mentionem facit Philosophus lib. 1. post anal. cap. 4. qui prædicatum essentialis subjecto requirit.

7. Nos igitur concessâ minore negamus majorem. Licet enim Homo de Petro magis per se & necessariò dicatur, imò à Petro realiter non distinguatur, non tamen ideo major proprietas rei advenit. Nam tam propriè homo doctus quam animal dicitur, non obstante quod animal intrinsecè & per se, homo autem tantummodo accidentaliter doctus dicatur. Ut n: propriè aliquid dicatur de aliquo nō necesse est ut per se prædicetur: non enim proprietas in hoc consistit, sed in eo ut sine ulla figura & translatione juxta significacionem suam efficeretur. Quemadmodum igitur ad veritatem rei aliquis identitas, licet non fuerit realis & summa (alias enim nullæ propositiones accidentales essent veræ) requiritur; ita etiam ad proprietatem non requiritur identitas realis inter subjectum & formale significatum, per prædicatum indigitatum, uti ex nonnullis accidentalibus prædicationibus, imprimis autem iis, quæ per accidens dicuntur à Summilistis colligitur.

ibns

G 2

g. Hinc

8. Hinc patet simul responsio ad alterum. Licet enim hominis ratione formalis conceptus essentialiter dicatur de Petro, ut potest quem constituit, homo autem quoad formale significatum essentialiter se ad Deum non habeat, ex eo tamen nulla improprietas sequitur, quemadmodum nec albus, quatenus formaliter sumitur, dulce non constituit et quae tamen proprietate pariete, hoc albo &c. dicitur.

9. Tertium argumentum Durandi minus solidè refellit Iohannes de Rada loc. cit. f. 229. Ad secundum (ipsi enim quod nobis est secundum, quartum est) dico, inquiens, quod non omnis prædicatio propria est in quid: Nam hæc, Homo est rationalis est propriissima. Non tamen est in quid, sed in quale quid. Similiter istæ sunt propriissimæ, Paulus est albus, Paulus est sapiens, cum tamen sint prædicationes accidentariæ. Verum Durandus proprietatem prædicationum non ex prædicatione in quid colligit, sed hominem ut potest terminum absolutum in quid prædicari concedere noluit, & quidem rectissime.

10. Neq; Capreolus fol. 129. lit. a. satisfacit Durando, quando minorem negat, putatq; hoc nomen. Homo prædicari de hoc nomine Deus, in quid, non ratione formæ signata, sed ratione suppositi, & ad probationem minoris dicit, quod ad prædicationem in quid proprietatem non requiratur, quod eadem essentialiter importetur per subjectum & prædicatum, sed sufficere quod sit idem suppositum utriusque naturæ, & quod neutra illa insit illi per accidens, sed per se & essentialiter informet illud. Hinc pergit: sic est in proposito in creaturis tamen, ubi nullum suppositum essentialiter informatur, duabus naturis bene requiritur ad prædicationem in quid illud quod arguens dicit, sed in divinis secus est. Nam neq; Durandi mentem asselitus fuit, neq; ex solidio principio argumentatur. Nam si ejus responsio præcederet, omnes contingentes propositiones essent essentiales si scilicet sufficeret identitas subjecti, neq; termini formaliter considerarentur. Quando autem dicit diversam esse rationem & prædicari in quid in divinis ac in humanis, id petit quod est in principio.

11. Si igitur peripateticis principiis presuppositis, hoc Durandi

zandi argumentum diluendum esset, respondere deberemus ad conclusionem, dicendumq; esset, illam non esse contra nostram thesin. Deum enim de homine non prædicari infra ostendemus. Fateor tamen ingenuè me ignorare an hoc forte Durandus urget. Si enim latius Tō prædicari sumpserit, neganda est major propoſitio. Nam non de quocunq; homo dicitur, de eo non statim prædicitur in quid. Quando enim dico, *Quoddam animal est homo. Quoddam corpus est homo*, homo quidem de aliquibus dicitur, ut prædictio tamen in quid minimè oriatur.

12. Ad quartum respondeat Scotus §. ad secundum dico quod humanari non sit proprium denominativum hujus quod est esse hominem scilicet hominem fieri. Et universaliter tale denominativum, quod significat formam in fieri dicitur de eo, de quo dicitur ipsa forma & simili denominatione. Idem enim est album, & sit album, ita idem est homo & sit homo. Sed proprium denominativum hominis est hoc, qui est humanū & hoc non dicitur de Deo. Et hoc debet intelligi eo modo; quo à substantiis de nominantibus supposita possunt accipi ulteriora concreta denominativa scilicet propter informationem, possessionem, vel habitudinem aliam aliqui extrinseci ad talem substantiam.

13. Erudita certè, & subtilis responsio quæ Damasceni mentem intimè declarat, & Durandum solidè refellit. Apud Damascenum enim, in Græco est participium ἐν τῷ θεωπνότατῳ, quod hominem factum significat vel qui humanitatem assumpsit translatore Billio. Faber tamen voce humanatus usus fuit, quemadmodum etiam quedam translatio confessionis, teste Gabriele Vatzq., in Concilio Constantinopolitano primo cap. 7. ἐν τῷ θεωπνότατῳ redidit inhumanatus.

14. Deum itaq; factum hominem Damascenus dixit, neq; falso cum ipse Johannes cap. i. v. 14. rotundis verbis dicat, ὁ λόγος ὡραῖος εἶναι. Hoc tamen nihil potrocinii affert Durando. Factum enim esse hominem, non est denominativum hominis, atqui id ipsum voce humanatus innui græcus textus suadet. An Socrates humanatus dici possit, an verò non, parum refert. Multa e-

G 3 folioq; Ms. b. 100 p. 222v nim

nim dicuntur de Deo tum absolute, tum ratione unionis hypothetice, quæ tamen de Socrate velle asserere summa impietas est.

15. Imprimis autem hoc loco notari volumus inconstantiam Durandi. Proposuerat enim sibi minorem tantummodo proprietatem & non talem, qualis est in hac propositione Petrus est homo, ostendere; in hoc autem argumento eò delabitur, ut non tantummodo minorem proprietatem, sed impropteritatem, immo falsitatem hujus nostræ propositionis colligat, & sibi aperte contradicat, quod rectè hac in parte observavit Capreolus, & post Capreolum nuper Gabriel Vatzquez part. 3. Disp 63. cap. 1. n. 3.

16. Dicimus igitur secundo. In hac enunciatione **DEUS EST HOMO** nulla est impropteritas. Nam si esset impropria propositio, aut esset talis impropteritate praedita, aut subjecti, aut copula: atqui horum nullum potest affirmari. Quicquid enim improprie de re dicitur, illud verè ea res non est, sed aliud rei simile, quomodo Herodes improprie vulpes dicitur. Non enim est animal quadrupes, qui propriè est res, quæ est vulpes: sed vulpes vocatur propter astutiam & propter animi perversitatem, quæ similes erat vulpeculae Herodes. Absit autem, ut Deum, qui est Christus improprie hominem dicamus, quasi forte in simulatæ cornis humanae specie καὶ δόρυν scilicet apparuisse, & ea propter, nec verè passus, nec verè mortuus fuisset, uti Saturninus teste Irenæo l. 2. c. 22. Basilius, Leucippus, & Milesius, monitore Epiphanius heresi 24. & 8. Marcion annotante Philastrio l. de heresis. c. 45. Cerdoniani & Manichei referente Augustino l. de heresis. cap. 21. & 46 mendaciter olim docuerunt. Absit etiam ut impropteritatem in subjecto agnoscamus, quasi homo Christus Jesus i Tim. 2. v. 3. improprie Deus esset, quæ impia Arrianorum fuit assertio, hodieq; à Socinianis ab orca reducta est. Filius itaq; Dei, qui Deus est, verè est homo, non aliquid homini simile. Filius etiam Dei qui est Homo, verè est Deus, non Deo tantummodo similis. Multò minus in Copula impropteritas esse potest. Nam licet interdum Est improprie possit sumi, uti annotavit Philipus Dutrieu, Est tamen quatenus copula est, nunquam impropteritatis est capax, quod alii prolixè dinducunt,

17. Hoc

17. Hoc argumentum non solummodo Durandi, sed & Calvinianorum & plerorumq; pontificiorum theses destruit, qui tropicum, figuratum, synecdochicum & verbale hic urgent, ad quod sequens referimus, ex doctrina syllogistica petitum, ita argumentantes. Illi termini non sumuntur impropriè in conclusione qui ex terminis propriè sumptis per bonam & formalem consequiam deducuntur. Atqui hi termini, Deus est Homo, ex terminis propriè sumptis, per bonam & formalem consequiam deducuntur. E. hi termini Deus est homo non sumuntur impropriè in conclusione, & per consequens hæc propositio, non est impropria.

18. Consequentia probatur. Nam constans est logicorum effatum, quod in dicto de omni & nullo etiam habet fundamentum, in conclusione neq; plus neq; minus debere esse quam in præmissis. Notum est etiam quod vulgo idem termini repetendi expolcantur. Nam si aliter termini sumerentur in conclusione ac in præmissis, idem termini non repeterentur & sic vel plus vel minus esset in conclusione, quam fuerit in præmissis. Præterea nota est eruditorum Logicorum imprimitis Petri Hurtadi à Mendoza assertio, conclusionem à præmissis realiter non differre. Atqui si termini in conclusione aliter sumerentur ac in præmissis, non identitas realis posset observari sed illud concluderetur, quod à præmissis realiter distingueatur.

19. Minor p. incipialis syllogismi syllogismis hisce expositoris declaratur & confirmatur. Nam quando colligo

Messias est Deus.

Messias est Homo. E.

Quidam Homo est Deus.

vel. Hic Christus est Deus.

Hic Christus est homo. E.

Q. Homo est Deus.

Terminus Deus & Homo, ut pote conclusionis impropriè sumi nequeant. In præmissis enim ejusmodi improprietas non occurrit, sed cum ibi vox Deus sumatur propriè, prout est spiritus independens

Homo

Homo autem prout est animal rationale, eo ipso etiam conclusio nullam improprietatem habere potest. Deus ergo homo est, non impropriate sermonis, quod vult Durandus, neq; synecdochice uti Goclenius, neq; verbalis est uti Beza, Danaus, Martyr, & Theologi Neostadienses arbitrantur, neq; tantum realis est ratione hypostaseis scilicet quod verbis largiuntur Calviniani & Pontificii; sed etiam ratione naturarum.

20. Et in hoc ultimo omne momentum & cardo nostra controversia consistit, ideoq; majori diligentia considerandum, neq; sicco pede, quod plurimi faciunt prætereundum. Non autem ex Theologia fundamenta desumimus, illud enim Præceptoribus nostris Dominis Theologis relinquimus, sed ex principiis Logicis orthodoxam sententiam demonstrabimus, veritatemq; indagabimus, ut unusquisq; videat ingentem Logicæ etiam quoad præsentem materiam in Theologia usum.

21. Pergimus autem argumentari hoc modo: Quicquid formaliter in præmissarum terminis innuitur, illiusq; ratione de subjectis præmissarum dicitur, illud etiam ex conclusionis terminis, illorumq; significatione, cuius respectu de subjecto conclusionis dicuntur & verificantur, non potest abesse propter absurdum § 18. annotata, quæ sequerentur exinde. Quemadmodum enim iidem termini debent repeti, ita etiam eodem modo significationem suam subjectis debent attribuere. Significatio enim est quasi anima vocum & terminorum, quæ si alia atq; alia constituitur vox & terminus manet materialiter tantummodo, quo ad sonum & articulationem, simpliciter autem loquendo, propter significationem mutatam, aliis terminis Logicè loquendo exurgit. Hinc quando dico: *Vulpes est brutum. Herodes non est brutum. E. Herodes non est Vulpes.* Vulpes semper propriè sumitur, & sic Identitas terminorum manet. Quod si autem argumentarer: *Herodes est Vulpes. Herodes non est brutum. E. Quoddam brutū non est vulpes.* termini eo ipso mutantur, quia in majori aliam habet significationem vulpes, quā destituitur in conclusione, licet materialiter, quoad sonum & articulationem vulpes conclusionis & præmissarum non differat, ita & in hoc Syllogismo:

Q. dis-

Q. disgregat visum est album. *Q.* paries disgregat visum. *E.* *Q* paries est albus. Tò album eandem retinet significationem, quemadmodum enim album ratione formæ in præmissis consideratur, ita etiam formæ significatio in conclusione propter eandem rationem separari nequit.

22. Jam subsumimus: Atqui in syllogismo expositorio §.
10. Deus & Homo in præmissis formaliter naturas important, & ratione illarum etiam de subjectis verificantur, quando enim dico. Hic Christus vel Messias est Deus, voce Deus formaliter natura divina significatur non aliter, ac albedo in albo, Christus enim reverà, non tropicè, non synecdochicè, non ratione hypostaseos tantum est Deus, sed simpliciter Deus est, quia est spiritus independens, quæ alias definitio Dei est, estq; verus Jehovah, Num. 14. v. 22. Ps. 95. v. 8. Esa: 63. v. 10. 1 Cor. 10. v. 9. Deus super omnia in secula benedictus. Rom. 9. v. 5. Creator Joh. 1. v. 3. Col. 1. v. 26. Heb. 1. 2. 1 Cor. 8. v. 6. & sustentator rerum omnium, Col. 1. v. 17. Heb. 1. v. 3. Joh. 5. v. 16. ideoq; divino cultu afficiendus Joh. 5. v. 23. Act. 7. v. 9. Phil. 2. v. 10. quæ loca tamen omnia contra adversarios explicanda Theologis relinquimus, hoc loco illa autem tanquam probata & contra adversarios propugnata præsupponimus. Ita etiam hic Christus & Messias Homo est verè & simpliciter, veram enim naturam humanam habet illaq; prædictus est. Ipse n. eodem modo quo pueri participes sunt carnis & sanguinis μερωλησίας quoq; corundem particeps est factus Heb. 2. v. 14, ita ut οὐ γένεται factus sit caro Joh. 1. v. 14.

23. Conclusio itaq; necessariò sequitur: Ergo Deus est Homo, in conclusione etiam naturas significat, & ratione illius significati, Deus dicitur de homine & Homo de Deo.

24. Nullus ergò tropus nulla synecdoche non nudus verborum strepitus, sine reali aliqua convenientia & κοινωνίᾳ, uti nostri adversarii dicunt, sed realissima prædicatio (voce hac latius accepta) est, quemadmodum ergo horum syllogismorum

Sacharum est album

Sacharum est dulce, E.

Q. album est dulce.

H

Item:

Item: Hornejus est Philosophus

Hornejus est Theologus, E.

Q. Philosophus est Theologus,

album & dulce non quo ad verba tantum uniuertur & prædicantur ut & Theologus & Philosophus, sed sine tropo, sine synecdoche, sine impropriate; ratione etiam formalium significatorum : ita etiam Deus est homo , non quoad nuda verba, sed etiam quo ad reis verbis significatam non tantum ratione hypostaseis (quam tamen non excludimus à re ipsa quemadmodum album & dulce, Theologus & Philosophus subjecta non excludunt) sed & rationes naturarum, utpote formaliter in præmissis significatarum, quod erat probandum.

25. Nihil itaq; efficiunt Thomas, Capreolus alioq; Pontificis & Calviniani à nobis parte prima nostræ dissertationis citati, quando semper ad distinctionem inter naturas & hypostasis, quoad hanc propositionem, tanquā claudus ad equum confugiunt, hancq; difficultatem se posse subterfugere putant, dicentes nostram enunciationem non esse veram, nec propriam ratione formarum, quas signant (non nostris sed ipsorum verbis rem enunciamus) subjectum & prædicatum, sed ratione suppositi utriusq; naturæ. Nam longè aliud § antecedentes exigunt, quemadmodum enim dulce de albo, etiam ratione formæ dicitur, ut tamen subjectum non excludat, in quo album & dulce uniuertur; ita etiam absit, ut nos hypostasis seponamus, & extra unionem personalem Deum de homine, & hominem de Deo dicamus, sicut enim extra sacharum vel lac vel aliud subjectum, album non est dulce : Ita Deus extra unionem non est homo, ab æterno enim Deus fuit Deus, & λόγος etiam ab æterno λόγος, Deus tamen & λόγος ab æterno non fuit homo.

26. Hoc forte alicui scrupulum injiciat quod à nobis dictū fuerit, terminos ejusmodi concretos; & ex syllogismo expositorio collectos subjectum non excludere, cum ita præter formam etiam subjectum videantur inferre; verum licet concedamus, utrumq; significari, ad hanc tamē diversitas significationis potest observari. Forma enim principaliter & primo ibi significatur, subjectum vero secundario

cundario & consequenter, v. g. album & dulce duo innuunt, 1. subjectum, quod materiale Summulistis dicitur, estq; in albo & dulci Sacharum vel aliud, quod ab altero aliquam denominationem seu appellationem suscipit, ut loquitur *Philippus Dutrieu tract. 1. part. 1.* cap. 1. art. 5. quest. 2. Secundò formam, quæ est omne illud, quod alteri aliquam denominaticenem, seu appellationem tribuit, ut albedo ratione albi, & dulcedo ratione dulcis. Utut autem quando dico album est dulce, subjectum non excludatur, sed in recto significetur, ut itidem Summulista loquuntur, & ex iis *Philippus Dutrieu loc. cit. art. 7. quest. 3.* tamen forma principaliter significatur, inq; his terminis primariò attenditur, secundum quod principale significatum, contracto tamen ad subjectum, judicium Logicum exercetur.

27. Quemadmodum igitur quando dico, Sacharum est album, in tñ albo non tantummodò minus principale, sed & principale & formale significatum reperitur: Ita etiam quando de Sacharo prædicatur, non solummodò de Sacharo ratione materialis, sed & ratione formalis dicitur, alias enim nullum accidens diceretur de suo subjecto, cum subjectum subjecti non sit accidens, sed accidens est, quia subjectum minus principaliter significat, principaliter autem formam, quæ Tò accidens constituit.

28. Hanc nostram assertionem locus lib. 4. Metaph. tex. 14. declarare potest, ubi Aristoteles docet, accidentis non esse accidens nisi eidem utrumq; accidat. Id scilicet intendit accidentis de alio accidente non verificari ratione principalis significati nisi subjectum commune fuerit. Hinc etiam Durandus lib. 3. sentent. distinct. 22. quest. 1. hanc notatu dignissimam regulam ponit, aitq;, ad veritatem propositionis requiri, ut omne id, quod significatur voce prædicati (nisi continetur determinatio alienans vel diminuens) conveniat subjecto. Sic ut hæc sit vera, quod tibi tradò est poculum aureum, oportet ut & poculum sit & ex auro constet. Quod si vel ex auro non constet licet poculum sit, vel poculum non sit, licet ex auro constet, falsa propositio erit.

29. Jam applicetur hæc regula ad nostram enunciationem

& videbunt adversarii, quod non sufficiat, ut suppositum quod est Deus, conveniat supposito quod est homo, uti quidem solent resolvere, & ita identicam propositionem constitvere, neq; formale significatum includere, sed ut id etiam quod significatur conceptu Dei attribuatur etiam homini non tamen extra suppositum, quem admodum enim accidentia de accidentibus Aristotelis lib. 4. Metaph. text. 14. dici non poterant, nisi utraq; eidem inessent; ita etiam Homo de Deo ratione formalis significati non diceretur, nisi inesset eidem supposito.

30. Et haec si fallor adversariorum nostrorum thesin verius dixissem praecognitam & nullo firma argumento innixam hypothesin destruunt. Ne tamen aliquid prætermisso videamur, in specie etiam placet opiniones parte primâ propositas examini subjicere, sed breviter, & candidè. Goclenius ex §. 24. part. 1. tropum hic fingit. Verum ubi tropus est, mutatur vox à propriâ significatione in aliam, uti habet Fabius l. 8. c. 6. vel uti lib. 9. c. 1. tropus est dictio ab eo loco in quo propria est translata in eum, quo propria non est. Atqui hominis & Dei significatio non mutatur, neq; mutari potest, uia ostendimus. Eadem enim est proprietas terminorum in conclusione, quæ fuit in præmissis. Hoc eodem modo etiam Piscatori obviam imus, cui & hoc reponimus, quod ridicula futura sit arālūm nostræ propositionis. Si enim triplices Syncedoche (quod tamen nullo fundamento à Piscatore fuit prolatum, sed tanquam Prætorium edictum positum) in nostra propositione lateret, & primo Deus poneretur pro filio Dei; secundò, divina natura pro rora persona Messiae; tertio tota Persona pro natura humana v. g. animali rationali. Ergo Deus est homo haberet hunc sensum, homo est homo. Egregia seilicet analysis, quæ ex calido frigidum, imo ex docto stolidum posset facere utpote cui non absurdum est, ita voces & terminos mutare, ut neq; vestigium propriæ significationis relinquatur. Credo Piscatorem dormitasse cum haec scriberet.

31. Et Beza habet in quo acquiescat Propriam enim significationem vocabulorum horum concretorum doctrina syllogistica perspi-

p̄spicue exhibuit. Non itaq; verbalis tantummodo est, ita quod propriè verba sonant, ad rem non sit transferendum. Quemadmodum enim divina natura non verbaliter tantum sed realiter assumpsit humanam naturam, & quidem ut pueri carnem & sanguinem Heb. 2. v. 14. ut ita πάντα τὰ φύματα τὸ Ιησοῦν οὐκ εἶπεν in Christo habitet Col. 2. v. 9. verba etiam rem ipsam in propositione denotabunt. Neq; Eutychianism⁹ exinde consequitur, uti Bezae conjectura est. Aliud enim de Eutychē ex Evagrio lib. 1. Histor Ecclasiast. cap. 19. & Nicephoro lib. 14. cap. 47. & lib. 18. cap. 52. colligitur. Eutyches enim in Concilio Chalcedonensi interrogatus de sua doctrina ita respondit: Ego Eutyches ante unionem ex duabus naturis profiteor Dominum nostrum Iesum Christum esse genitum: post unionem autem unam ejus esse naturam & divinum ejus corpus, neq; nobis substantiale, neq; iūdem nobiscum per passionibus obnoxium fuisse. Jam argumenteretur Beza, ut orthodoxam sententiam eliminet, & ad Eutychianism⁹ referat, & nos colligemus terminos.

32. Personam deniq; ab altera natura in concreto posse denominari Beza & Danæo concedimus, sed quod unum concretum ratione formalis & proprii significati, de altero etiam concreto dicatur firmiter ostendimus. Unusquisq; igitur, qui non ingenium in calcaneo habuerit facile animadvertere poterit nil nisi verba esse quæ apud verbalium prædicationum assertores & propugnatores reperiuntur. Quando autem Danæus opinatur Patres per κριών idiomάτων verbale quid intellexisse, in antiquitate prodit vel inscitiam vel proterviam, quā de re tamen consulendus est magnus Chemnitius in lib. de duab. Naturis in Christo.

33. Neq; ratio Danæi alicujus monenti est, quasi naturæ diuinæ respectu ideo non possit esse realis prædicatio, quia Christi Deitas non sit humanitas. Egregia scilicet consequentia quam miror cur urgeat Bellarminus. Nam dulce (maneamus in nostro trito exemplo) licet realiter ratione formalis conceptus albo tribuatur, ex eo tamen non sequitur, quod dulcedo sit albedo. Sic realiter Philosophus est Theologus, quod si quis tamen ex hoc collegerit Philosophiam esse Theologiam risu excipietur. A concretis enim ad

abstracta simpliciter non valet consequentia. Habent quidem Dia-
lectici regulam, de quo dicitur unum conjugatorum de eo etiam di-
citur alterum, sed illam non universaliter esse etiam pueri ex Philo-
sopho Dutrieu tract. 4. part. 1. cap. 4. art. 1. norunt. Valet enim
tantummodo in essentialibus v. g. Physicus est sciens, E. Physica
est scientia, album esse coloratum, E. albedo est color; non autem
in propositionibus per accidens, uti ibidem observatione 2. habet
Dutrieu, non enim sequitur album est dulce E, albedo est dulcedo.

34. Bartholomeus Keckermannus § 31. partu prima plausibili
utebatur methodo ut jurasses ipsum rem acu, uti in proverbio est,
teteigisse. Sunt tamen nonnulla nobis minimè ad salivam & cum
principiè sub concreti alia atq; alia acceptione errorem suum pal-
liare alaboret erit, quod palpum, quem nobis obtrudere conabatur,
protrahamus. Quando igitur dicit, Deum in concreto pro persona
sum id duplarem potest habere sensum: 1. Quasi omne id quod in
tota persona Mediatoris formaliter & principaliter importetur, etiam
eodem modo voce Deus in nostra propositione significetur, quo modo
nos negamus. Nam in tota persona Mediatoris v. g. Christo si-
gnificatur totum ὑπερσύμφων & sic & humana & divina natura
formaliter & principaliter, quod jam olim ante nos subtiliter uti so-
let docuit Scotus loc. cit. § sed de ista. In nostro autem termino De-
us divina natura sive Spiritus dependens formaliter significatur, mi-
nus principaliter autem connotatur (utemur paulò aliter hac voce,
ac ea usus fuit Dutrieu, sine dubio cum Avicenna & Mendoza sta-
tuens minus principaliter formam in connotativis significari, quod
tamen nos alias tanquam falsum cum Averroë lib. 5. metaph. tex. 14.
Gregorio de Arimino l. 1. sent. dist. 8. quest. 2. artic. 4. arbitramur)
suppositum. 2. Quod ex parte rei totam personam presupponat quo-
modo libenter nos concedimus, quod Deus in Christo ex parte
rei suppositum presupponat. Verum nihil facit contra nos: aliud
enim est terminum aliquem ex parte rei aliquid exposcere, aliud
vero formaliter significare, quomodo album & dulce subjecta qui-
dem sua postulant, neq; sine illis verificantur, subjecta tamen sua
formaliter & principaliter non significant.

34. K. 6-

35. Keckermannus igitur nostrā pace vel subiectum vel p̄d̄icatum vel concretē vel abstractē explicet, orthodoxam sententiam tamē non evertet. Nemo enim orthodoxorū abstracta de sc̄i invicem, quatenus talia dicere voluit. Absit enim ut naturas confundamus, quas αἰδοιαρέτως, ἀδιεστέτως, (quod addit Damascenus) ἀχωρίστως, ἀρχέπτως ή ἀσυγχύτως uniri & unum υφιστάμενον Γένηθρων εξαιρέτως καὶ μενοντόπως constituere credimus.

36. Sumimus & nos concretē vocem DEUS, ut ex parte rei personam Mediatoris non excludat, neq; tamen exinde synonymica prædicatio in qua species insima de Individuo extraordinario prædicatur, oritur. Nam n. species potentia & virtute includit omne quod in Individuo quatenus tali latet. Atqui homo non includit potentia vel virtute quod in hoc Individuo Deo concretē sumpto pro persona Mediatoris (uti sumit Keckermannus) latet. Deus enim in concreto includit hunc Deum & Χριστόν qui virtute non includitur in homine tanquam concepta superiori. Ergo. & neq; est homo Synonymum ratione Dei, ut synonymica prædicatio exortatur, quod infra ostendendum erit.

37. Voluisse etiam 3. ut Keckerm: Theologos nominasset qui-concretum existimant esse totum, abstractum autem partem. Certe atiam, pedem, &c: abstractum dici hominis in Schola Theologorum hactenus audire non licuit. Ex Daltio sua Confessionis homine feliciter hac de re loqui discere potuisset, qui s. 28. in examine l. Chemnit. de duab. Naturis in Christo, abstractum formam ipsam rei per se consideratam significare atq; menti nostrae representare; concretum verò eandem sed in ipsis rebus singulis subsistenter vel inherenter, judicat, qui tamen alias hac in materia an mentem magni nostri Chemnitii asscutus fuerit, hujus loci non est dispicere.

38. Posito etiam subiectum sumi concretē & prædicatum abstractē (ipsius explicatione non repudiata) adhuc habemus, quæ contra ipsum urgere possemus. Nam aliud est Deus et homo, aliud Deus habet humanitatem, ut jamduum ex Bonaventura l. 3. dist. 7. art. 1. q. 1. videre potuisset. Certe & Deus concretē sit;

confide-

consideratus pedem habet, Deus tamen ideo pes non est, quod re-
ctè observat candidus Bonaventura. 2. Si pro toto subjectum po-
nitur, prædicatum autem partem innuit, prædicatio paronymica
locum hanc invenit. Pars enim hæc (nominabimus ita propter
Keckerm:) procul dubio ad essentialēm quam proximē accedit.
Atqui pars essentialis vel huic analogā essentialē quid innuit. Sic
animatum ratione hominis non paronymum est sed univocum.

39. Omitto deniq; quod sibi ipsi contradicat. Ultima e-
nim ejus verba § 31. part. 1. citata sunt hæc : *Etsi verò homo & Deus,*
absolutè considerata, disparata sint ; tamen quatenus sunt partes u-
nius totius quod constituent, non amplius pro disparatu sed pro compa-
ratu & concurrentibus haberi debent. Atqui abstractè (Keckermannī
*sensu) sumpta subjectum & prædicatum, quatenus scilicet partes sunt
unius totius, ut hac vice loquitur, falsum dicunt. Si verò abstractè
sumatur, alt paulò ante, tum subjectum, tum prædicatum, ut Deitas
est humanitas, tum prædicatio plane falsa est ; quia una pars totius
nunquam est altera. Neq; concretè sumere terminos hos potest.
Nam concretum apud ipsum totum est & tota persona. Atqui
h. l. in fine vocat partes unius totius quod constituent. Egregia
scilicet subtilitas Keckermannī !*

40. Concludo 3. Hæc Enunciatio DEUS EST
HOMO non est identica. Posita est hæc conclusio à Scote
l. p. I. cit. §. 41. & Gabriele Vatzquez l. c. c. 4. n. 22. hoc modo :
Cujus Enunciationū termini formaliter distinguuntur, illi non consti-
tuunt Enunciationem identicam. Atqui huius Enunciationū termini
formaliter distinguuntur. Ergo hi termini, Deus est homo, non consti-
tuunt Enunciationem identicam.

41. Minore satis in superioribus probatā ad Majorem acce-
dimus, quæ ex terminis nota esse debet. In hoc enim Enunciatio
formalis ab identica differt, quod illa ad minimū distinctionem rati-
onis inter principalia significata inferat, hæc verò nec ratione (ratio-
cinata scilicet) distinctos terminos possideat. Errat enim Matt: Fla-
citus, quando l. 4. Log. Gen. c. 2. inquit, Illas prædicationes in quibus
definitio prædicatur de definito esse identicas. Nam Prædicatio
iden-

identica est, cuius subjectum & prædicatum sunt ejusdem pro rorsus
significationis, ut homo est homo. Ensis est gladius, notante Du-
trine tr. 1. part 1. cap. 2. art. 2. Videatur etiam Mendoza Disp. Log. s.
seit. 6. §. 22. & Fr. Toletus q. 2. de Individuo f. 46. b.

42. Non ignoramus itaq; aliud esse in Christo hypostasin
& personam, quæ est & dicitur homo; non illud, quo Christus ho-
mo, de qua ignorantia quidem orthodoxus consensus ex § 36 part. 1.
(heterodoxus verius dixisses) Augustinæ Confessionis viros ar-
guit. Sed quid exinde? Quò etiam distinctio tendit, qua quo Christus
homo est, persona non est, sed quod in Christo homo est, per-
sona intelligatur? Certum est suppositum Christi quod est homo
esse personam, ipsam autem humanam naturam præcise considera-
tam non esse personam. Atqui hoc nostræ ex saeculari monumen-
tis & antiquitate jamdudum ad ravim usq; inculcarunt, ut & se-
quens quod persona Christi sit filius Dei, assumptam & subsisten-
tem in se habens humanitatem, qua homo est. Cum quibus igitur
pugnat? cum larvis credo.

53. Sequentia forte magis prement nos, quando refert: Cum
itaq; hinc liqueat, propter ejusdem hypostasis in subjecto & prædicato
identitatem, hominem Christum esse filium Dei, prædicatione vere i-
dentica, quæ videlicet idem de seipso hoc est Filius Dei de sua hypostasi,
ab altera & assumpta natura appellata, propriè & essentialiter præ-
dicatur? Nequaquam. Nam 1. quæ consequentia, Quod est
homo est persona Filii Dei. Ergo in subjecto & prædicato infur-
tur eadem hypostasis. 2. quomodo hoc contra nos. 3. quâ ratione
& hoc sequitur, In subjecto. & prædicato est identitas hypostasis.
E. est prædicatio identica. Nam subjecta prædicationum per ac-
cidens semper coincidunt, uti supra ex l. 4. Met. t. 14. audivimus.
Prædicationes tamen per accidens non sunt identicæ, hæc enim di-
versa formalia significata terminorum excludunt. 4. Quæ quæso
confusio? Nos loquimur de hac Enunciatione D E U S est homo.
Consensus vero de hac, Homo Christus est Filii Dei, de qua nostri
Theologi hactenus verba non fecerunt. Fortè existimant nos fun-
gos esse, qui ipsis quidlibet pro quolibet posai concedimus. 5. Non

statim quando idem dicitur de seipso ex parte rei prædicatio identica oritur, sed quando etiam utriusq; est eadem significatio. Quando enim dico, Deus est justus, Deus & justitia sunt unum & idem ex parte rei, quæ tamen formalem prædicationem faciunt. 5. Identica prædicatio non est essentialis propriè loquendo.

44. Neq; Magnus noster & beatus Lutherus contentionis fervore seductus, sed rei veritate commotus scribit, inter hominem & Deum (absolutè scil: & in abstracto quatenus considerantur) longè majorem in ratione subjecti & prædicati, diversitatem & repugnantiam esse, quam inter panem & corpus Christi, & inter bovem & asinum. Major enim distantia est inter rem finitam & infinitam, quam inter duo finita, ut de se constat.

45. Falsum deniq; est quod omnes docti judicent, sicut in pane & corpore Christi, in Bove & asino, velut rerum inter se dissimilium & repugnantium & quarum in Subjecto & Prædicato mutua contradic̄tio est, ita quoq; in homine & Deo suam cuiusq; indicat, necessarioq; præsupponit hypostasin & substantiam: quod nemo nisi Nestorianus quāpiam ausus est affirmare & docere. Nam non omnes doctos ita sentire ex eo manifestum est, quod Augustana Confessio ad dicti hoc affirmare non audeant. Non credo autem tām elatos esse Autores Orthodoxi consensus, ut sibi solis eruditionem tribuant, nullum autem doctum inter nos reperiri arbitrentur. Alii certò Calviniani modestiores & a quiores alias sunt, ut non sine præfatione honoris vel Lutherum, Chemnitium, & ex iis qui hodie vivunt, Gerhardum, Calixtum & Hornejum nominent, & quidem doctissimos, qui omnes tamen hanc thesin propugnant.

46. Neq; quando de pane corpus Christi dicitur contradictionis est vel repugnancia Christus enim veritas ipsa Joh. 14. hæc dixit, Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 1. Cor. 11, cui repugnancia & contradictiones velle tribuere summa blasphemia est.

47. Et hoc minus solidè fuit dictum, asinum & bovem contradictionem esse. Contradic̄tio enim est inter Ens & non Ens, vel inter affirmationem & negationem, teste Philosopho I. Categ. 6. 19. Atqui neq; bos neq; asinus vel non Ens vel negatio est. Importans

portant quidem prædicatae quæ ad contradictionem possunt redigi, quod tamen diversum est à contradictione terminorum, quæ insuper omne medium excludit, quod etiam bos & asinus non faciunt.

48. In Deo & homine præsupponi hypostasin & subsistens non inviri concedimus, neq; quisquam nostræ Confessionis id unquam negavit, sed quid hoc ad institutum authorum qui orthodoxum consensum nobis reliquerunt?

49. Dicimus 4. Hæc Enunciatio, DEUS EST HOMO, non est essentialis vel univoca. Hæc conclusio est Scotti & aliorum §. 46. 48. 49. cit. contra Thomistas & alios Calvinianos, probaturq; à Scoto solidè, cuius argumenta contra Capreolum & Cajetanum defendemus, nisi præter opinionem theses ex crescere animadverteremus.

50. Brevitatis ergò ita argumentabimur: Cujus propositionis prædicatum formaliter sumptum non est de essentia subjecti formaliter sumpti, illa neq; est essentialis, neq; univoca. Atqui hujus propositionis prædicatum formaliter sumptum non est de essentia subjecti formaliter sumpti. E. hæc proppositio neq; est essentialis neq; univoca.

51. Major propositio ex terminis nota esse debet. Propositio enim essentialis quomodo cum, sumatur ex § 48. & 49. part. 2. non est de essentia subjecti, termino hoc latè sumpto, quo modo sumit Javellus l. 5. Met. q. 20. rationem formalem quatenus idem est ac conceptus quidditativus (uti etiam continet qualitativum essentialium quem ita barbarè Scholastici vocant) datum per prædicata per se in primo modo. Ita & Univocum, teste Aristotele c. 1. l. Categ. non solum nomen sed & secundum illud nomen rationem substantiae (id est definitionem) ut vocatis tribuit, quod itidem vel essentia vel de essentia importat.

52. Minor ex antea dictis patet. Deus enim in hac propositione, DEUS EST HOMO, formaliter spiritum independentem innuit, homo autem animal rationale. Atqui animal rationale non est de essentia spiritus independentis. Nam major est distantia horum significatorum formalium, ac albi & dulcis, quæ tamen quod de se-

invicem essentialiter dici nequeant, etiam si sciunt, qui parum
sciunt.

53. Cajetanus quem sequuntur Richardus l. 3. dist. 7. art. 1. q. r.
Et ad 2. Almainus ib. q. 2. aliiq; Thomistæ ad suppositionem tanquam
sacram anchoram in refutatione hujus argumenti configuiunt, di-
cunt enim haec nomina Deus & homo supponere pro habente na-
turam sive humanam sive divinam, ita; ut Deus idem sit quod ha-
bens Deitatem, homo autem idem, quod habens humanitatem,
nempe suppositum, & quia est idem suppositum, idemq; habens na-
turam divinam, inferunt recte dici Deum esse hominem, & homi-
nem Deum; sensum enim volunt hunc, habens naturam divinam
est habens naturam humanam & contra. Hinc Cajetanus in art. 7.
l. c. quem ut solent sequuntur alii, autumat hominem necessariò
convenire Deo quatenus in praedicta propositione supponitur.
Nam nomen Deus in ea non supponi credit pro natura, sed pro per-
sona nempe pro habente Deitatem; nec pro illa uteunq;, sed ut est
sub duabus naturis, nempe pro Christo: sic autem necessariò cen-
set esse essentiale Deo esse hominem, licet Deo absolute non-
conveniat necessariò, neq; cuivis de quo dicitur.

54. Verum i. falsa est hypothesis quasi Deus supponat pro-
eo quod habet Deitatem. Nam aliud natura syllogismi efflagitat,
quæ uti supra diximus, naturas in concreto concludit. Cum n.
quilibet natura de supposito in quo est & à quo sustentatur, prædi-
cetur. Et de eodem supposito dicuntur duæ naturæ in Christo con-
cretè significare, sequitur inter se eodem modo significatas prædi-
cari. Per regulam syllogismi expositori enim, quod dicitur de toto
subjecto, dicitur etiam de quovis, quod de illo prædicatur. Hinc
Damascenus l. 3. de fide c. 3. in fine ait: *Atq; bic communicationis mo-
dus est utrāq; videlicet natura, proprietates suas cum altera communi-
cante, propterea quod unam & eandem personam constituant;* Et re-
tine Bonaventura dixit, propositionem ideo esse veram, non quia
una natura sit de conceptu alterius, neq; quia illi inhæreat, nec per
solum Identitatem sed propter unionem hypostaticam. Unde vi-
debis ipsum Fulgentium non admittere hanc expositionem. Nam

l. 3. ad

l.3. ad Transimundum c. 12. & 13. inquit, hominem susceptum mo-
ritò Deum appellari, quia susceptus est. Jam si Deus idem esset ac
habens Deitatem, sequi videretur, postquam Christus humanita-
tem habuisset, illam quasi suscepisset, quod erroneum.

55. Deinde concedamus Cajetano quod Deus supponatur
pro habente Deitatem, quā consequentia jam inferet hominem de
Deo essentialiter prædicari. Cum enim, ut eruditè observat Vatz-
quez Disp. 68. c. 2. n. 6. vox Deus absolute ponatur & nullo no-
mine afficiatur, quo ejus significatum determinari & coarctari pos-
sit, sequitur certè supponi pro habente Deitatē universē, non autem
pro hoc aut illo habente Deitatem. Sic quando dico animal est ra-
tionale, prædicatum rationale non coarctat neq; de terminat subje-
ctum animal, ut pro sole homine supponatur, & illum solum signi-
ficet, sed relinquit in sua significations communi & universē acce-
pta, sicut reddatur vera propositio ratione alicujus determinati ani-
malis, nempe hominis quod est rationale. Eadem ratio est in nostra
Enunciatione DEUS est homo.

56. Præterea neq; hocq; urgeamus sed condonemus Caje-
tano per prædicatum subiectum determinari ut supponatur pro
Persona filii habente Deitatem, adhuc non omne punctum tulit.
Nam & hęc propositio Filius Dei est homo, non necessaria est, siquidē
filius Dei non solum potuit non esse homo sed aliquando etiam
non homo fuit. Quod autem Cajetanus addat, hominem ita de-
terminare subiectum ut non solum supponat determinatè pro filio
Dei, prout est sub duabus naturis, nempe pro Christo, falsum etiam
est. Nam prædicatum non determinat subiectum absolute pos-
sum, ut rem illam quam ante absoluē significabat, significet eam
prout subest formæ significata per prædicatum. Nam si hoc fie-
ret, nulla propositio esset contingens. Sic si prædicatum doctus in
hac propositione, DEUS est homo, determinaret hominem non abso-
lutè sed prout subest tali formæ v. g. huic homini albo, non esset
contingens, haberet enim hunc sensum : hic homo albus est albus.

57. Quemadmodum autem certi sumus quod hoc nostrum
argumentum solidè & Cajetani, Thomistarum & Calvinianorum
thesin destruat, ita non dubitamus unumquemq; animadvertere
posse, Valentiam ipsum Cajetanum quidem ~~et~~ ^{et} nida. fecutum fu-
isse sed parum prosecuisse. Ex dictis enim nō fallior omnia solvun-
tur eius argumenta.

Præstantissimo ac Literatissimo
DN. RESPONDENTI.
MARTINUS JACOBI.
per avayg:

INCITO: ARMA SUBI.
INCITO: nam pulchrum cathedram scandisse nitens.
Cum doctis rixas ac habuisse virils. (tem
Fortiter ARMA SUBI sic laus tibi maxima surgit
Artis non Martis fortiter ARMA SUBI.

suavissimo suo Commensalil. mq; f.

Johannes Reimarus Hols;

MARTINUS JACOBI HOL SATUS
per avaygmu:

HIC ARMAT, OVANS SOLUS IBIT

Quam grave, funesti cum frangere noverit hostis
Vires Respondens, Phœbas sedulus armis,
HIC studio auctum, nullā requiete reliktā
Membris, sese ARMAT, quō prorsu noxia tela
Dubilitet, lautam lautus palmarumq; reportet.
Hinc tandem IBIT OVANS SOLUS, sic, credite cuncti,
Hujus perpetuò nomen laudesq; manebunt.

L. Mq; f.

Paulus Moth Flensb: Hols.



Cum Deo:

I.

INcarnationis mysterium quo DEus homo est ~~vñ~~, ~~vñ~~ ιηρον, ~~vñ~~ ερ καλαλυψιν κλησις Φύσεως, imò λογοτεχνικόν ομίας ἀρρεπέν esse libenter cum Justino de expositione fidei faciemur, neq; alud responsum impetrare illi, qui ratione decempeda metiri hanc rem volunt, poterunt quād quod jam jam nominatus pius & doctus Pater reliquit: De modo Unionis, inquiens, nemo me interroget. Non enim verebor ignorantiam fateri; magis vero gloriarbor quod credam τοὺς διατρόπητοις, hoc est, arcanis quae non satū explicari possunt, nego erubescam sed magis gloriabor, me esse & discipulum & interpretem illorum mysteriorum ὡν οὐδὲ τὴν αἰρετὴν πάτημαν.

2. Ut ut autem piis hisce & verissimis haud invici calculum adjiciamus, hoc tamen non obstante, sicuti hactenus Logicè & perspicuè nī fallor de Prædicationibus Personalibus (ita enim Theologi nostras vocant) egimus; ita in hac etiam disputatione in id incumbemus sedulò ut, vera sententia circa naturam harum Enunciationum Logicè consideratarum eruantur, quā cognitā aliorum opinione etiam facilē destruentur.

3. Concludimus ergo quinto: Hæc Enunciatio DEUS EST HOMO non est Prædicatio sensu Peripatetico & Aristoteleo. Rationem hujus theses assignamus hanc: Omnis Prædicatio sensu Peripatetico & Aristoteleo est Enunciatio directa. Atqui hæc Enunciatio, DEUS est homo, non est Enunciatio directa, E. hæc Enunciatio, DEUS est homo, non est Prædicatio.

4. Major ex Aristotele part. 2. nostra Dissertationū § 8. & 9. fuit posita, ubi audivimus Aristotelem distinguere inter prædicari, ut Lignum est album, & prædicari nullo modo & per accidens, ut, homo est Cleon, album est lignum & album est Musicum vel Maficuum

K

sicutum

sicum ambulat. Posteriora vera quidem esse, non tamen prædicari concedit Stagirita, nisi quis vellet eum ipso dicere, hæc prædicari cum addito μηδεμῶς scilicet vel τὸ οὐμένης.

5. Minor ex §. n. part. 2. etiam probatu facilis est. Nam ubi neq; terminus superior de inferiori, neq; de termino absoluto connotativus dicitur, ibi non est prædicatio directa. Atqui quando Deus de homine, & homo de Deo dicitur, ibi non terminus superior de inferiori, neq; terminus connotativus de absoluto affirmatur. E.

6. Minor iterat patet, & quidem quoad prius hoc modo: Omnis enim terminus superior de inferiori dicitur essentialiter, uti habet Philippus Dutrieu tr. 2. part. 3. c. 1. Atqui homo de Deo non dicitur essentialiter & contra ex part. 3. §. 49. E. Quoad posteriorius verò hac ratione: Quicunq; termini quoad significandi rationem iidem sunt, illorum unus non sumitur ut absolutus, alter ut connotativus, sed vel uterq; est absolutus, vel uterq; est connotativus. Atqui Deus & homo ita se habent. Ergò.

7. Sexta Conclusio esto hæc: Hæc Enunciatio DEUS EST HOMO, non est Prædicatio accidentalis sensu Aristoteleo & Porphyriano. Vis probationis consistit quoad prius in hoc, quod prædicatio μὴ δοῖαν οὐμαίνει sit prædicatio directa ex §. 7. c. 22. l. 1. Post. Anal. §. 49. part. 2. expofito. Atqui hæc non est directa uti vidimus. E. Posteriorius verò eodem modo colligitur. Prædicabilia enim Porphyrii directas prædicationes efficiunt, uti post Interpretes ferè omnes Hornejus parte 1. §. 17. citatus rectè docuit. Jam quod nostra Enunciatio directa & naturalis non sit, sœpè haec tenus inculcavimus.

8. Septimam Conclusionem ordo postulat quam ponimus hanc: Hæc Enunciatio DEUS EST HOMO non est Paronymica sensu Aristotelis. In omni namq; Paronymica prædicatione ex mente Aristotelis tria observanda sunt, uti ferè omnes notant & forma denominans sive *Coniecta τὸ τέρπεδον*. 2. Subjectum denominatum quod appellatione hac insignitur, & ipsum

ipsum; Paronymum sive denominativum quod utrumq; includit.
Jam & in hoc omnes convenient formam denominantem ratione
sue significationis debere esse accidentalem subiecto denominato,
licet alii hoc ex ipsa voce, uti Cajetanus, P. Hispanus in Log. tract. 3.
f. 84. Connimbricenses & Hornejus l. 2. Instit. Log. q. 6. f. 156; alii ex
voce graca τένομα uti Albertus Magnus & Toletus colligant. Illa
igitur πρωνύμια dicuntur quæ & habent τενομίας τένομα
& ratione istius appellationis de subiecto denominato dicuntur ac-
cidentaliter. Atqui homo in hac Enunciatione nullam habeat
τενομίας τένομα ut accidentaliter de aliquo tanquam sub-
iecto denominato dicatur. E. etiam homo de Deo πρωνύμια
prædicari nequit.

9. Non sufficit enim ad Paronymicam propriè dictam En-
nunciationem ut accidens Logicum dicatur de suo subiecto, sed et-
iam requiritur ut ratione istius subiecti quod denominat habeat
τενομίας, uti in part. 2. §. ult. ex Aristotele demonstravimus,
ex quo etiam olim docuit Albertus Magnus in Præd. tract. 1. Præd. 2.
& postea Petrus Fonseca l. 1. Instit. Dial. c. 25. qui idèò distinguit in-
ter nomina connotativa & Paronyma. Sic Petrus est πρόσωπο
accidentalis est prædicatio, non tamen paronymica. Idem judi-
cium esto de his: Petrus est μνημόνης καὶ πλάκης quatenus a-
ptitudinem tantum non habitum hæ voces significant.

10. Neq; obstat §. 52. part. 2. Nam licet probabili conje-
ctura nitatur §. 52 cit. ab Aristotele tamen §. 20, 21, 22, 23, 24. cap. 8.
tib. Categ. rejectus est, ex quo ipso etiam apparet Aristoteli non in
Prædicamentis suis propositum ejusmodi terminos exponere ad
quos omnes in universum Enunciations possint reduci, sed placuit
ipsi præcipuos hos addere, ut tamen alibi notiones secundas affer-
ret, quæ & illis Enunciationibus possunt imponi.

11. Octavò colligimus: Hæc Enunciatio, DEUS EST
HOMO, est Prædicatio per accidens & sensu Aristoteleo & Scholastico. Prius probatur: Quæcunq; Enuncia-
tio verum quidem dicit, non tamen est prædicatio, illa est prædi-
catio

catio per accidens. Apud Aristotelem enim non occurrit medium, uti part. 2. §. 8. 9. 10. 12. ostendimus. Atqui hæc Enunciatio, *DEus est homo*, verum dicit ut tamen non sit prædicatio. E. hæc Enunciatio, *DEus est homo*, est prædicatio per accidens.

12. Quod verum dicat part. 1. §. 8. & part. 3. § colligimus. Quæcunq; Enunciatio enim ex veris præmissis in legitima forma sequitur, illa etiam vera est. Atqui nostra mediante Syllogismo Expositorio sequitur. E. Quod autem non sit prædicatio in hac parte 3. §. 3. annotavimus.

13. Dices: Hæc Enunciatio, *DEus est homo*, à nobis dicitur prædicatio per accidens. Ergò etiam est prædicatio. Consequentia videtur ex eo firma, quod vel à specie ad genus valeat consequentia vel à parte in modo ad totum in modo. (de qua vid. Dutrieu tr. 4. part. 1. c. 2. a. 4.) Nam negamus prædicationem per accidens esse speciem prædicationis vel partem in modo. Ex nostra enim & Aristotelis sententia est *Totum per accidens determinatio alienans* (qua de re Dutrieu tr. 4. part. 2. c. 2. a. 2.) quæ tollit significationem & rationem veram termini ab eo cui adjungitur, non aliter ac non licet argumentari; *Diabolus est Deus hujus seculi* / *Cor. 4.* E. est Deus, hæc res est causa per accidens. Ergò est causa, hoc Ens est unum per accidens, Ergò est unum &c.

14. Posteriorius quod attinet, id etiam facilis negotio explicatur: Prædicatio enim per accidens Scholasticis & Summulistis est, in qua uterque terminus æquè aptus est prædicari. Hinc *Fons fæcal. 2. Institut. Dialect. c. 1. art.*: Inter has (sc: naturales & indirectas contra naturam) media est alia quæ & præter naturam & per accidens appellatur, in qua nee id quod prædicatur est veluti forma ejus quod subjicitur, nec id quod subjicitur est veluti forma ejus quod prædicatur, sed ambo unius ejusdam alterius, ut si dicas: *Album est dulce*; vel *dulce est album*: Neutrum quidem est quasi forma alterius, sed ambo sunt veluti formæ lactis aut sachari. Hinc etiam *Philippus Dutrieu tr. 1. part. 1. r. 2. art. 2.* prædicationem inordinatam præter ordinem definit sub qua comprehendit prædicationem per accidens & identicam, quod sit illa in qua neutrum est aptius subjici vel prædicari quam alterum. Jam Deus est homo

homo ita se habet, neutrum enim de altero aptius est vel prædicari
vel subjici, & ambo unius cuiusdam alterius sunt. Ergò prædicantur per accidens.

15. Infirmum est & tanto in Philosophia versatissimo heroë indignum, quod habet Gabriel Vatzquez Bellomontanw p.3. Disp. 68. c. 4. qui nostram ex Gabriele Byeile (indirectam quidem non tamen essentialem vel accidentalem prædicationem constitutuente) maximam partem delumptam sententiam refellere conatur n.10. quando differit: Hoc sane ego non satis capio, inquit, Nam cum he prædicationes non sint inferiori de superiori, non videntur esse indirectæ. Adde nullum esse discrimen inter prædicationes contingentes & accidentalias, quod enim contingit alteris inesse, accidit eidem inesse. Nam album ambulare contingere ipse Aristoteles affirmavit, ut tamen prædicari accidentaliter non concederit. Ex Fonseca etiam quem n. 20. refutat discere potuisse Vatzquez plura dari inordinatarum prædicationum genera, maleq; harum indolem ad illas quando inferius de superiore dicitur restringi. Nam & dantur quædam inordinatae contra ordinem v. g. album est lignum, ubi inferius de superiori propriè loquendo (imprimitis uti Dutrieu tr. 2. part. 3. c. 2. quest. quomodo differunt inferius & dorsum: sumit) non dicitur, ut & quædam præter ordinem, ut, album est dulce, Musicus est architectus, ubi neq; communior neq; superior est ratio unius ad alterum.

16. In ordine nona Conclusio hæc sit: Hæc Enunciatio, DEUS EST HOMO, est Prædicatio accidentalis & Paronymica, si latius voces sumseris neq; rigidè Aristotelem saqui volueris. Conclusionem hanc adducimus ut excusemus Scheckium, Gravverum, & alios magnos nostræ Confessionis viros, qui vocibus τὸν παρωνύμων, Λυμεσηκότος acceperunt pro illis prædicatis, qui τῷ χόντῳ de aliis dicuntur, uti mille loca apud Grauerum (quod idem de Schecko & alii dicunt) ἀφθαλμοφαρεγώς offendunt. Unicus locus hæc vice pro Grauero sufficiat ex eruditio tractatu quem Absurda absurdorum absurdissima Calvinianorum absurdia vocat depromptus, ubi f. 69. ex professo

explicat, quid voce paronymica prædicationis ut & accidentalis sibi velit, dicitq.: Paronymica seu denominativa prædicatio dicitur illa, in qua tale quippiam de subjecto prædicatur, à quo subjectum vel propter conjunctionem aut unionem aut aliam aliquam habitudinem denominatur, nec tamen est de essentia subjecti propositionis, sed importat aliquid extra rationem subjecti, de quo prædicatur. Et paulò post: Accidens tantum πρεγενύμενος prædicatur, quia importat aliquid extra rationem subjecti. Atq; in hac significatione priori etiam substantia quandoq; accidens dici potest, non quidem absolute & accidens prædicamentale, hoc namq; ἀτόπης αἰδίνεται; sed ratione attributionis, quatenus alicui in prædicatione τυχόντως tribuitur. Quid enim aliud est prædicari de aliquo tanquam accidens quintum prædicabile, quam τυχόντως prædicari? Quis autem substantiam de substantia propter quandam Κυριότητι τυχόντως prædicari posse insciabatur?

17. Ita ergo argumentantur: Cujus prædicationis prædicatum ita competit subjecto ut non sit de essentia, illa est accidentalis & Paronymica. Atqui hujus prædicationis Deus est homo prædicatum ita competit subjecto, ut non sit de ejus essentia. Ergo hæc prædicatio, *DEUS EST HOMO*, est accidentalis & Paronymica.

18. Majorem ponunt tanquam manifestam, quæ etiam i-
psis, illis hypothesibus, quas illi contra quos disputant assumunt,
concessis, negari nequit. Præsupponunt enim 1. vocem prædicationis latius sumi, quod apud Scholasticè Philosophantes (quem modum quamplurimi haec tenus exosculet) non infre-
quens est. Ita enim Alexandrum Alensem, Lombardum, Thomam,
Scotum, Nominales, & horum assecras etiam recentiores Dutrieu,
Toletum, & mille alios hac voce in hoc sensu uti, notius est, ac ut
probatione indigeat.

19. Deinde id pro concessso sumunt, accidere sumi, uti op-
ponitur essentia & sic etiam accidentale, essentiali. Tripliciter enim
accidentis vocem sumi quis non ex Cajetano notat? 1. scilicet uti
opponitur substantiae prædicamentali, quo sensu sumitur passim
quando novem prædicamenta accidentium nomine veniunt. 2. uti
opponitur essentia, quemadmodum enim substantia interdum su-
mitur

mitus pro ratione formalis & essentia uti c. i.l. Categ. in definitione Univocorum & Homonymorum, ubi ratio ^{et} etiam accidentibus & Predicamentis & Physicis competit, & alibi; ita etiam accidentis (quot modis enim unum, oppositorum sumitur, tot etiam alterum posse sumi tritum Philosophantium est axioma, quod in Aristotele etiam fundamentum habet) sumetur uti essentiae contradistinguitur. 3. pro quinto, praedicabili uti opponitur Proprio.

20. Jam ita colligunt. Si accidentale sumitur pro eo quod non est de essentia alicujus, cur praedicatio accidentalis non illa erit quam praedicatum non est de essentia subjecti. Ex terminis enim nota hæc videtur esse acceptio quam plausibilem reddit Logorum plurimorum haec tenus consensus qui in eo convenient, quod praedicatio accidentalis sit cuius praedicatum non significat essentiam. Prius probatum est part. 2. §. 50. Ergo.

21. De Paronymis etiam 3. id sibi concedendum efflagit, ut quemadmodum Scorum alii haec tenus sequi potuerunt, neq; hoc ipsis denegandum sit. Atq; hanc acceptiōē non ignoravit Antonius Trombete in tract. formalitatū, qui sequentia ponit: Nota tamen, inquit, nos h̄c loqui extensivē, non ut contradistinguitur denominativa prædicatio essentiali. Quam sententiam habet Scotus in quodlibeto q. 3. Scoto enim ea est denominativa, quando prædicatum non includitur in conceptu formalis. Hæc Trombeta. Eandem etiam vocabuli significationem reliquit Franciscus Titelmannus l. 2. considerato Dialectica c. 7. & 8; Iohannes de Radā part. 1. controversiarum Theologicarum inter Thomam & Scotum controv. 21. art. 2. f. 334. qui ait: Prædicatio denominativa est illa, in qua prædicatum non est de essentia subjecti, sed ex iri ipsum, qualis est prædicatio propriæ passionis de subjecto, & prædicatio cuiuslibet accidentis etiam de subjecto in quo est. Alios authores consultò omittimus, qui eandem sibi hypothesis dari postularunt, quæ doctissimo Scheckio & optimo Grauero nec non aliis minimè deneganda est.

22. Hinc fit ut argumenta etiam contra Grauerum & Scheckium excogitata, parum ponderis soleant habere. Argumentum

mentum enim Meisneri part. i. §. 55. allatum non stringit. Nam 2.
Major negatur §. 6. part. nostra. 2. Habitudo enim non quæcunq;
specialis est fundamentum prædicationis Logicè consideratæ, sed
generalis, quâ prædicatum vel est de essentia subjecti vel non
&c. Atqui inusitata habitudo (concedamus enim Meisnero hunc
modum loquendi) est specialis.

23. Deinde Deum & hominem disparatissimas esse species
toto genere differentes, principiis Meisneri adversatur, imò rei ve-
ritati. Deum enim speciem velle dicere, alias Meisnerus non
concedit, uti notum est.

24. An etiam homo & Deus in hac Enunciatione disparata
sint quod argumentum primū præsupponit, & an Disparata prædi-
cari possint quod argumentū alterum §. 56. part. i. citatum poscit, ex-
plicatu difficile est, nō quidem ob rem ipsam, sed ob authores quo-
dam qui in magno estimio & apud alios & apud nos habentur, à quo-
rum verbis abire, multis religio est, ut id, quod Cicero l. i. Tus. quæst.
de Platone dixit, quod et si nullas rationes afferret (vide quantum
homini tribuam inquit) Plato, tamen ipsum autoritate frangeret,
& illi saepius repetant.

25. Nos Philosophorum more liberè philosophabitur, & rem
ipsam declarabimus. Ita enim neq; fumus prætentarum auctori-
tatum (liceat verba Cornelii Martini in comp. Metaph. s. 35. mea
faecere) neq; aliud aliquid officiet, quo minus veritatem introspicere
queamus.

26. Aliter enim in foro Theologorum, aliter verò in schola
Logicorum disparata sumuntur. Theologi enim disparitatem ma-
gis estimant ex conditionibns specialibus rerum, illaq; disparata
vocant quæ per potentiam naturæ uniri nequeunt. Logici verò
attendent generalem prædicandi habitudinem, specialia ad discipli-
nas reales remittunt.

27. Videamus enim quid Logici hac de re dicant. Hoc ut manife-
stum fiat & ex Peripatet: & Ramistatum schola præcipuos affere-
mus. Peripatetici enim disparata dicunt repugnantia (quæ sunt que
de eodem singulari simul verè affirmari non possunt) quæ non
præci-

præcise repugnant, uti habet noster Dutrieu tr. 1. part. 3. c. 3. art. 1.
vel quæ de eodem singulari simul non valent prædicari respectu
eiusdem, uti habet Franciscus Titelmannus l. 2. Confid. Dialect. c. 9.
qui id insuper addit quod disparata dicta sint, quasi disseparata sive
ab invicem separata. Ab invicem enim omnino separata sunt,
cum sint naturæ pugnantissimæ, quas impossibile est in eodem sin-
gulari invenire.

28. Ita etiam Jodocus Clichtovæus tract. 4. n. 44. disparata
vocat, quæ de eodem non sunt verificabilia, sed cum unum affir-
matur, protinus alterum negatur, quare neq; de se invicem negan-
tur, ut homo est equus. Nullus enim homo est equus, & nullus
equus est homo.

29. Ramistæ licet alias in horum terminorum acceptione à
Peripateticis nonnihil abeant, tamen in eo præstantissimi conveni-
unt, quod disparata ex Rami sint opposita, & hæc dissensanea, quæ
quod definiantur, quæ à re dissentunt, itidem in aprico est. Videat-
tur Beurshus l. 1. Dialect. c. 12. & 13.

30. Atqui si cum Logicis loqui volueris sive Peripateticus
fueris sive ad Rami aram sacramentum dixeris sine impietate di-
cere non poteris quod in hac Enunciatione, Deus est homo, Deus &
homo sint disparata. Verè enim hæc de se invicem dici part. 1. fuit
positum.

31. Ubi tamen notandum est, aliud esse disparata prædica-
ri, aliud terminos in quibus disparata implicantur prædicari. Prius
impossibile esse constans hactenus Logorum consensus docuit, ;
Posterior autem quod possit fieri domestica etiam exempla possunt
suadere.

32. Quid enim communius est quam ut doctissimos Theo-
logos Philosophos dicamus. Hoc si verè de Theologis (quem-
admodum etiam verissimum est) affirmabitur, ejusmodi propositio
debet confici. Quidam Theologus est Philosophus. Atqui hæc
propositio constat ex terminis, qui disparata implicant & includunt.
Philosophus enim à Philosophia talis denominatur, quemadmo-
dum Theologus à Theologia. Atqui Philosophiam & Theolo-

L

giam

giam esse disparata omnes nōrunt, neq; nēgare possunt ii, contra quos disputamus, qui ex specie diversis argumentari malūt ad disparata constituenda quam ex alio principio. Eadem ratio est, quando dico, *album ēt dulce*, Albedinem enim & dulcedinem disparata libenter concedo, album tamē & dulce disparata ēst. Nam Logicorum, quos suprà allegavimus, hypothesi, pernego. Eadem ratio est corporis & animatūn hac: *Corpus ēt animatum*.

33. Quod si quis tamē hoc in loco disparata aliter sumere, & concretis quæ includunt disparata, etiam hanc denominationem tribuere & affirmare vellet, *album & dulce*, Theologum & Philosophū, animā & corpus disparata ēst, ille quamvis à recepta definitione Logicorum abeat, procul dubio pronunciabit, disparata formaliter considerata prædicari non posse, benē tamē disparata in-concreto, quo loquendi modo utitur *Regius l. 4; Disp. Log. p. 842.* *Casus ait in Dialect. p. 319.* In adiectivis ex loco disparatorum fluere argumentationes. Hinc etiam Clarissimus Scheiblerus c. 10. Topic. n. 9. & 10. disparata hæc cum addito scilicet disponit tanquam conexa arbitratur. Non multum discrepat *Goclenius part. I. probl. 57.* & *Hesselbein in Theorem. Log. c. 6. append. q. 2.*

34. Quodcunq; igitur dixeris, videbis nihil obstare quoniam nūn adhuc Grauerus habeat, quæ his objectionibus reponere possit. Cum enim Grauerus optimè noverit nostros Theologos cum magno Chemnitio & Damasco l. 4. de orthodoxa fide c. 9. statuerit hanc propositionem veram ēst, & hos terminos de se invicem verificari in concreto non in abstracto, ipsi etiam hæc objectio non incommodat. Et ita respondet Grauerus in abs. c. 1. f. 70. Jacob. Martini in Disp. 3. q. 3. Anno 1623. publicè habita, Scheiblerus in Topicis, & alii. Neq; Bonaventura citante Grauero f. 86. abit: Secundum Catholicam veritatem absg; dubio necesse ēst concedere, hominem ēst Deum & Deum ēst hominem, pro eo quod due naturæ ibi unitæ sunt in unam personam. Quæ autem in uno supposito uniuntur necessariò de se invisibiliter predicanter, si accipiuntur concreta.

35. Quando autem Theologi disparata Deum & hominem vocant, id faciunt sensu in Theologia usitato, quatenq; disparata sunt quæ

que per potentiam naturae non conjunguntur. Et hoc modo olim etiam Gabriel Biell. 3 sent. dist. 7. art. 3. dub. 3. ad 6. notabile est hac voce: Pro responsione. inquit, notandum quod apud Philosophum (potentiam scilicet naturae attendentem) Deus & homo sint termini disparati, quia diceret illam esse impossibilem Deus est homo sicut illam, Homo est asinus, & sic illa, Deus est homo, est praedicatione disparata nec essentialis nec accidentalis. Sed licet in hoc erraverint, quod dicebant hanc esse impossibilem Deus est homo, tamen accipiendo terminos disparatos quod naturaliter sive secundum potentiam naturae non possunt de se invicem verificari nec simul nec successivè. Sic Deus & homo etiam apud Catholicos sunt termini disparati & ita praedicatione illa erit disparata, Deus est homo & sic nec essentialis nec accidentalis. Verum vocando terminos disparatos terminos non potentes de eodem verificari per quamcumq; potentiam, sic Deus & homo non sunt termini disparati. Idem ferè inculcat Vatzquez l. c. n. 17. qui in hos omnes Doctores consentire dicit, qui consulendum est.

36. Jam liquet quid ad § 56. part. 1. sit dicendum. Posito enim quod species oppositæ sint disparata & anima & corpus & Theologus & Philosophus & album & dulce erunt disparata, quod malè negatur in arg. 2. Neq; obstat quod non sint substantiae completæ, quasi scilicet etiam 1. substantiae incompletæ non possint esse disparata v. g. *materia prima est spiritus*. 2. & incompletæ substantiae specie distinctæ esse possunt sensu illorum contra quos dispiro. Ex eo quod naturaliter Deus & homo dissideat, concedo apud Theologos posse vocari disparata, sed hanc acceptiōnem non obstare praedicationi per accidens, dictum est.

37. In altero exemplo Philosophus est Theologus accidens consentaneum de suo subjecto Physico, quod Ammonius Σωάρ-Ζεως vocat, dici, nego. Philosophus n. non est subjectum ejusmodi. Quod si subjectū Logicum οὐκ εγνωσθεῖται ab Ammonio dictum intellexeris, eo jure, quo consentaneum Logicum de subjecto Logico affirmari dicas, id & ego in hac Enunciatione, Deus est homo, inculco.

38. Ad 3. Respondeo non esse questionem an album notet
lac, & an de lacte dulcedo tanquam inseparabile accidens prædice-
tur, sed anne album & dulce sint disparata in concreto, si expositio
prædicti virti optimi contra quem disputamus, procedat. Affirma-
tivam propter factam hypothesin, quā duæ species quomodo cunq;
consideratae disparata dicta sunt, defendere debet, quæ eo ipso no-
stram explicationem excusat.

39. Et ne videamur aliquid dixisse quod in Aristotele funda-
mentum non habeat, ideo producam c. 4. t. 14. l. 4. Met. ubi dispu-
tat accidentis non esse accidens, nisi quia utrumq; eidem accidit,
τοις οὐρανοῖς τοις θεοῖς, inquit, εἰ μὴ ὅτι ἀμφα οὐρανοί
τέλτω λέγω δι' οἷον τὸ λεπτὸν καὶ μυκητὸν καὶ τοῦτο λεπτόν, ὅτι ἀμ-
φω τῷ αὐθεόπῳ οὐρανοῖς. Si album itaq; & Musicum non
sibi accidunt nisi ratione subjecti & quia homini tribuuntur certè
neq; alia disparata in concreto prolatæ de se invicem quatenus talia
prædicari poterunt. Prius est, Ergo & posterius. Detur enim ra-
tio diversitatis. Aristotelem enim non de τῷ accidere subjecto in-
sensu Physico sed Logico locutum esse, ea quæ à Durando l. 1. dist. 8.
q. 2. & 4. & Suarez Diff. 13. sect. 4. (quicquid etiam dicat Gregorius de
Arimino l. 2. dist. 12. q. 2. a. 2.) disputantur, evincunt.

40. Duo tamen sunt Meissneri part. 2. Philos. Socr. sect. 2.
q. 8. p. 923. argumenta, quibus arietare nostram assertionem cona-
tur. Ita enim procedit: Qualis est abstractorum, talis etiam con-
cretorum distinctio. Abstracti enim concretiq; eadem est essentia.
Nil differt abstractum à concreto nisi modo significationis,
non significatione Scaliger l. 4. de causis L. L. c. 91. p. 212. Essentia
est eadem cum re cuius est essentia l. 7. Met. c. 6. Atqui ab abstracta
ipsa in hac prædicatione disparata sunt. Ergo & concreta.

41. In firme tamen innititur Scipioni hæc argumentatio, quæ
non unimodo tantum sed pluribus impingit. Nostrâ enim ex-
plicatione præsupposita i. responderemus argumentum non esse
contra nos, quo ipso Fallacia Ignorationis Eleuchi (de qua Stagirita
l. Elench. Sophist. c. 5) committitur. Aliud enim est concre-
ta esse disparata, aliud concreta disparata prædicari ut dispara-
ta.

42. Recognoscat enim Meisnerus ea quæ in Phil. Sobr. *sect. 6. q. 9.*
f. 288. scripta sunt & ipse argumentum solidè refutabit. Dicit enim
Theologum & Philosophum non esse disparata E. quædam dispa-
rata non prædicabuntur ut disparata, aut quædam concreta dispa-
rata, quorum abstracta tamen disparata, non erunt disparata.

42. Deinde & vitium in forma h̄ic occurrit. Quatuor e-
nī termini expressē sunt positi: alia anim abstractorum à concre-
tis est distinctio, quam Major vult; alia autem corundem dispa-
ratis vel quod disparata sunt, quam Minor ponit.

43. Præterea Major infirmo stat fallo si ita formabitur ut ad
Minorem quadret: Quitquid dicitur de abstractis, idēm dicitur de
concretis. Atqui de abstractis dicitur quod sint disparata Ergò
& de concretis. Nem de abstractis dicitur quod sint abstracta,
formæ concretorum, item priora concretis, quæ de concretis velle
dicere error est. Hinc quædam abstracta, ipsis etiam testibus quos
jam refellimus, de seivicem prædicari nequeunt, quorum tamen
concreta optimè conjunguntur.

44. Neq. inde abstracti & concreti eadem essentia & iden-
titas est. Quæ enim differunt realiter, illorum non est una essentia &
identitas. Atqui quædam abstracta & concreta imprimis Physica
ita sese habere patebit. Concreta enim Physica duo includunt:
1. formam per se sumtam v. g. albedinem. 2. subjectum, v. g. lac-
ut concretum ex horum duorum coalitione fiat, testibus Connimb.
in *Antep. c. 1. in explic. text.* Atqui quoddam abstractum Physicum,
secundum rem non includit tale subjectum. E. quoddam concretū
Physicum re ipsā plus includit, quā ab abstractum & per consequens
quoddam concretum Physicum ab abstracto differt realiter, ut in-
cludens ab inclusō, quā de distinctione *Franciscus Suarez Disput. 7.*
f. 1. n. 25. & Diff. 36. sect. 3. agit.

45. Non deniq; modo significationis sed ipsa significatione
differre *§. 40. 42.* suadet. Nam abstractum formam nudē si-
gnificat, concretum autem formam subjecto unitam, quæ non ea-
dem significatio est.

46. Alterum quod objicit est hoc: Si dantur duæ species

oppositæ quæ possunt prædicari, etiam disparata verè præ dicari pos-
terunt. Atqui quasdam species verè prædicari ex Theologorum
scriptis & ipsis sacris monumentis videre est. Ergò &c. Major pro-
batur quia disparata sunt duæ species oppositæ. Hinc disparata
dicuntur quasi disparata ut ἐνεγέρθη ἡ ἔστιν, inquit Damascenus
c. 37. & 48. Dialect. ὥστε Λαζαρέστης λέγει τὸν τοῖον.

47. Verūm i. Minor præponnit quasi Deus & h̄ mo sint
duæ species. Atqui & Meisnerus p. m. Deo λέγεται τὸν τοῖον &
speciei notionem attribuere velle, impium & summè blasphemum
sect. 4. q. 1. f. uss. judicat. Deum enim Individuum esse, nemo
ignorat. Ponamus etiam τὴν ἐνεγέρθη rectè exposita à Damasco
quem sequi videtur Mendoza qui §. 5. Disp. 1. Log. Specie differre
vocans, quæ habent conceptus ultimos essentiales completos dissimiles,
adhuc aliud sequitur quod Meisnero absurdissimum est, sc: in Deum genus cadere.
Si enim Deus ratione alterius conceptus
specie differre potest, nihil restat, cur Deo non competit genus.
Spiritus enim de Deo & Angelo v. g. tanquam de pluribus & qui-
dem in quid dici, non potest negari. Jam nulla ratio est si Deus ra-
tione hominis specie differre dicitur, ut non etiam ratione Angeli
specie differre dici possit. Nihil ergò ulterius restaret. Genus
enim est quod de pluribus specie differentibus in quid prædicatur.

48. Keckermannii 2. authoritas nobis tanti non est, ut ipsum
aliis & quidem doctioribus & antiquioribus Logicis præferamus.
Sexcenta enim absurdia in ipsius systemate ab aliis annotata sunt.
Neq; Meisnerus ipse Keckermannum hoc loco errasse diffitebitur.
Nam si ea quæ specie different vel ratione concretorum disparata
propriè dicta constituerent, Philosophus etiam & Theologus es-
sent disparata, quod Meisnerus tamen f. 287. negat. Et certè si
Keckermannus voluerit disparata ita definienda esse, majori errore
fuit obrutus. Nam quæ genere differunt, etiam disparata sunt v. g.
substantia & accidentis. Atqui quæ hoc modo genere differunt
non sunt species oppositæ. Ergò quædam disparata non sunt species
oppositæ.

49. Procul dubio autem Keckermannus indefinite locutus
fuit

fuit & quidem de specie distinctis subjectum commune excludentibus. Ex concretis enim specie distinctis ipse disparata sine contradictione non inferret. Expressa enim ipsius l. 3. Syst. Theol. c. 2. n. 3. f. 318. est thesis: *Etsi vero, inquit, homo & Deus, absolute considerata disparata sint; tamen quatenus sunt partes unius totius quod constituant non amplius pro disparatis, sed pro comparatis & concurrentibus haberi debent.*

50. Ultimum argumentum §. 57. part. 1. exhibitum insolubile & nodo Gordio perplexus authores vulgo indicant. Ego Alexandri gladio non opus hic esse autumo, fulgura enim è pelvi sunt. Nam quænam est consequentia. Nullum potest reperiri exemplum, in quo duæ substantiæ disparatae (transcant enim hæc) vocabulis Synonymicis vel substantivis expressè de se invicem enuncientur. Ergo non est prædicatio accidentalis. Eadem ego consequentiâ uterer ut concluderem hanc Enunciationem, **DEUS** est **homo**, non esse Enunciationem eamq; affirmativam, simplicem, singularem (ut opponitur Univ. Part.) puram. Atqui hoc dicere & illis ridiculum est contra quos disputamus?

51. Neq; obstat quod pauca sint exempla. Nam sœpè unicum est exemplum specialibus conditionibus affectum, quo tamen non obstante termini manet Universalitas. Sic Metaphysici procul dubio rectè docent quod Deus sit causa Efficientis omnium Entium positivorum, creatorum & factorum, ut Johannes etiam dicit, *Omnia à νύστα facta esse quæ facta sunt cap. 1.* Untū tamen exemplum est causæ Efficientis quod sit independens.

52. Si igitur specialis conditio rerum & notionum primatum infringeret, Universalitatem notionum secundarum, Deum neq; possem dicere subjectum hujus prædicationis, *Deus est spiritus*, cum non eo modo se habeat, ac quando dico, *Scarabæus est animal*. **D**eus enim **C**reator & infinitus est; **S**carabæus vero **C**reatura.

53. Non ergo mirum est quod ejusmodi exemplum non reperiatur, Unus enim tantum Dominus Jesus Christus, per quem omnia 1. Cor. 8, 6. *Unus est Christus, qui pro nobis mortuus est*
(anima)

2. Cor. 5, 14. Unus est Mediator Dei & hominum homo Jesus
Christus 1. Tim. 2, 5.

54. Neq; ad terminos substantiales configiendum est. Obscurum enim est quid per terminos substantiales intelligat. Si n. id intenderit quod nullus terminus substantiam denotans possit praedicari paronymicè & accidentaliter, duplice jure potest refutari Nam nimirum, ligneum, aureum sunt termini quæ substantias denotant, (anima enim lignum, aurum in substantiarum numero reperiri extra controversiam est) qui tamen accidentaliter & paronymicè dicuntur, ut *corpus* est animatum, *poculum* est aureum, *mensa* est lignea. Videatur Vatzquetz l. c. Si verò id volunt, quod paronyma latè sumpta & accidentalia praedicata, non possint esse termini absoluti, hoc itidem negatur.

55. Et ut non adducamus ejusmodi exempla in quibus obliquæ peculiarem indolem termini substantiales & absoluti sœpè pro connatativis & per modum adjacentis significantibus ponuntur, quemadmodum Flacius, Piscator, Beza, 2. Cor. 5, 21. ἀμαρτίας pro ἀμαρτιᾷ (quamvis Mercerus cum aliis hellerismum hic agnoscat & ἀμαρτίᾳ sensu L X X. Interp. pro hostia pro peccatis positam judicet) existimant, alii etiam id ex Rom. 2, 26. & c. 3, 2. ubi gentes præputium & Judæi τελέθη Gal. 2, 9. vocantur, nobis autem ex Eph. 5, 8. est certissimum, ubi σκότῳ pro ἐνοπλούσιον ponitur uti habet doctissimus Glassius in Philol. sacra; illud saltem h. l. considerandū volumus quod homo de animali v.g. animal est homo, praedicetur (sit enim sylogismus; Omne rationale est homo. Quoddam animal est rationale. E. Q. animal est homo) & quidem accidentaliter & denominative vocibus latius sumptis; hominem tamen esse terminum absolutum non negant illi contra quos disputamus.

56. Homo non est synonimum ratione Dei uti pars. 3. §. 49. demonstrat. Nulla consequentia deniq; est propositio hæc vocatur personalis E, non accidentalis. Non enim sunt opposita sed subordinata, non aliter ac benè dico. Hæc praedicatio est personalis, Deus est homo, quæ tamen etiam affirmativa: ita & neq; hoc absurdum.

absurde venit. Est prædicatio Personalis & tamen etiam acci-
dentalis. Est prædicatio inusitatissima & tamen accidentalis. Est
mystica & tamen accidentalis. Personale enim, Inusitatum, my-
sticum concernit specialem conditionem rei que non excludit no-
tiones secundas Logicas.

57. Reliqua argumenta § 58. p. 1. relata etiam breviter at-
tingenda sent. Ad Respondeo 1. per instantiam & subsumo 1. et-
iam illum loquendi modum, quo Meisnerus in Anthropologia sta-
tuit, quod peccatum originis sit Ens positivum & orthodoxis Theologis ante Meisnerum & Formulae Concordiae esse
incognitum, item quod Virtutes non definitæ sint per mediocri-
tatem à recta ratione definitam, uti tract. de Summo Bono in Coron.
quest. ult. f. 380. quod Theologa sit habitus practicus Ieronimus
uti part. 3. Pbil. Sobr. habet. Quemadmodum itaq; ille ab hisce
non abstinevit, qui itaq; optimo Grauero hoc vitio vertit? 2. Theo-
logis orthodoxis sententia Graueri non fuit incognita. Nam &
Theologi Tübingenses Theologi sunt, qui tamen ante Grauerum
non tantummodo approbarunt sed etiam suum calculum nostræ
sententiae expressè adjecerunt, uti part. 1. § 49. vidimus. 3. Quod
autem Formula Concordia non habeat, non mirum est. Ipsi enim
non fuit propositum de controversiis Logicis sed Theologicis ibi
agere. Hæc a. controversia Logica est. de qua è Logicorum li-
bris judicare, discendum est. Quod si Theologi hac de re lo-
quuntur, habitu Logicæ freti id faciunt.

58. Neq; inconstantia 2. est ab aliis asserta propugnare,
multò minus id Calvinianis & Pontificiis latibula suppeditat, cum
solidè Pontificiorum & Calvinianorum thesin destruat, uti vidi-
mus part. 3.

59. Quemadmodum etiam rationi lata porta non exten-
ditur quando dico, Deus est homo, est prædicatio affirmativa quod
modo, prædicandi Logico congrua sit; ita neq; idem absurdum se-
quitur, si quis accidentalem propositionem sensu Graueri dixerit.

60. Ista 4. loquendi formula est necessaria, que dicat quod
res est. Atqui ex definitione quam necessariò definitum sequitur,

probavimus prædicationem accidentalem esse sensu Graueri. Ergo modus loquendi improbari nequit.

61. Theologi Inusitatas, Personales & Mysticas vocant, quod de Inusitata re sit quæ Personam Christi & Mysterium concernunt, quomodo absit ut hunc loquendi modum improberimus, sed an ideo in Logico judicio formalí debeat negari, quod non sint per accidens vel accidentales, nego.

62. Ita ergo argumentor: Quæcunq; assertio est verà ab illa non debemus abstinere. 2. neq; incommoda est. 3. neq; rationi latiore ac par est pandit viam sed 4. est necessaria: Atqui assertio Graueri est vera, ut ad oculum demonstravimus in thesibus, ut qui imposterum Grauero contradicere velit, Grauerum & terminos non intelligere, existimem. Ergo. Consequentia nota est. Nam verum, ubicunq; fuerit, afferendum & propugnandum est. Veritas enim nihil magis erubescit quam abscondi, ait *Tertullianus advers. Valent.* Hæc ex se loquitur, conculcata resurgit, ait *Franc. Piccolomineus* grad. 5. c. 46, diu recta resulget, & multos etiam ad assentiendum sibi compellit. Verum etiam nulla incommoda sed commoda eaq; maxima post se trahit. Labium enim veritatis firmum manet in perpetuum *Proverb. 12, 9.* Unde etiam hujus splendor, uti habet *Scaliger l. 2. de re Poetica circa finem:* quovis nomine charior habendus est. Cum necessitate quadam etiam verum combinatur. Hujus enim potentia, authore *Cicer: in Vatin.* semper fuit, ut nullius machinis aut cujusquam hominis ingenio aut arte subventi possit, quæ, licet in causa patronum aut defensorem nullum inveniat, se per seipsum defendat; à cuius proinde partibus qui stetit, nunquam loco pulsus tulit repulsam.

63. Alia argumenta nihil aliud concludunt, quam quod homo non sit Paronymum in stricta hujus vocis significatione, quam Grauerus non intendit, quamvis & in nonnullis Aristarchio opus sit. Nam in prima ratione §. 6. part. 1. posita dupliciter potest exponi Paronyma subjectis suis solum nomen non a definitionem tribuere, simpliciter & absolute quasi paronyma de suis subjectis non verificantur & quoad nomen & quoad rem nomine indigitam, quo modo

modo falsa est Major Meisneri. Omnia enim que ~~reparūmus~~
dicuntur & quoad nomen & quoad rem de subjectis verificantur
v. g. In hac *homo est doctus*, Tò *doctum* non solum quoad nomen
sed quoad rem ipsam, quæ definitione exponitur, homini competit,
etiam in casu recto, *doctus* enim est *casus rectus*. Hoc modo &
homo non nominaliter saltem sed realiter, & verè Deo competit.
2. reduplicative quod paronyma non tribuant definitionem subje-
cto tanquam ejus definitionem, & hoc modo vera est major. Hoc
enim univocorum est officium, quæ nomen commune habent &
secundum illud nomen substantiam eandem. Inde §. 4. c. 5. l. Ca-
teg. Aristoteles dicit: *album* cum sit in subjecto nempe in cor-
pore attribui subjecto. *album* enim *corpus* dicitur, definitio vero
albi nunquam corpori attribuetur scilicet ut ὁ λέονς ἐπονημός,
quæ annotatio est ipsius Stagiritæ. Hoc modo majore intellecta
negamus Minorem quod *Homo* sit λόγος. Et ἐπονημός scilicet
Dei.

64. Neq; denominativum & denominans semper realiter
& essentialiter differunt, uti §. 61. colligit. Hanc enim Prædica-
tionem *Deus est justus*, mei præceptores publicè tanquam Paro-
nymicam propugnarunt, Tò *justum* tamen à Deo non realiter, mul-
to minus essentialiter differt. Et hoc olim etiam docuit Duran-
dus l. 1 sent. dist. 2. q. 4. cuius sunt verba sequentia. *Attributum*
largò potest sumi, prout attributum dicit aliquid alicui tributum. *sic*
ut attribuimus calorem igni, candorem nivi, & sic omnia quæ conve-
niunt Deo per modum cuiusdam denominationis dicuntur attributa, si-
c ut esse infinitum, immensum & sit de aliis. Hac enim licet sint idipsum
quod divina essentia, tamen secundum rationem videntur quadam esse
addita, quia denominative dicuntur.

65. Ita hanc prædicationem quantum est divisibile, omnes
denominativas concedunt, in qua tamen denominans realiter non
differt. Alias in patronymicis latè sumptis (quas Grauerus intelli-
git) hoc est falsissimum. Nam quando dico *Quoddam animal est*
homo est prædicatio denominativa latè sumpta, id tamen quod homi-
nem denominat realiter non distinguitur ab animali.

66. Falsa etiam est minor argum. 2. §. 61. Deus enim & homo ratione formalium significatorum & realiter & essentialiter differunt. Alia enim essentia est humana natura, alia divine natura. Miror ergo Meisnerum haec posuisse.

67. Argumenta tertium quartum, quintum, §. 61 part. i & septimum concedo de Paronymis propriè dictis, sed in sexto nego quod Paronyma fundentur in modo Essendi accidentalē Physico. Hoc enim refutatum est part. 2. §. 4. Ultimum autem argumentum affingere aliam mentem Grauero & Scheckio videtur. Ipsi enim non dicunt, quod quomodo cunq; quando prædicatum est extra subjectum, prædicatio Paronymica oriatur, sed quando ita prædicatum subjecto competit, ut extra ejus essentiam reperiatur, quæ observatio rotundis verbis apud Johannem Sanchietz exeat. At qui neq; ferrum igni competit neq; contra. Miror itaq; doctum meum Hornejum n. 39, hoc argumentum quoq; ursisse. Hæc enim propositio Petrus est albedo falsa est. Atqui prædicari verum includit ex c. 22. l. 1. post.

68. Quod Bonaventura Horneji sententiae faveat, ex verbis à Hornejo adductis planum est. Ideo enim, ait l. 3. sent. dist. 7. a. 1. q. 1., Homo prædicatur de Deo, qui unitur ei in unitate Personæ, & quemadmodum hæc unio est singularis, non est mirum: si singularem modum exigit prædicandi. Et per hoc patet illud quod ultimo querebatur, quia talis prædicatio non reducitur ad modos prædicandi consuetos. Verum ejus autoritatem tanti non facimus ut à veritate abeamus. Bonaventuræ enim opponimus Thomam, Capreolum, Cajetanum, & alios. Ejus rationes part. 2. explosæ sunt.

69. Scotus etiam unionem naturarum nec essentiale nec accidentale dicendam autemat, sed id, quod Hornejus credit ipsum concludere, non vult. Expressè enim vocat propositionem per accidens Logicè loquendo, quæ nostra est sententia, uti habetur §. 43. & 44. nostræ part. i. Aliud enim est unionem aliquam ex parte rei non esse essentiale, nec accidentale sed substantiale; aliud verò quæ uniuntur Personaliter, non prædicari per accidens.

70. Neq;

70. Neq; Gabriel Biel parrocinstur Hornejo. Ipse enim rotundè cum Grauero per accidentales sive per accidens pugnat. In loco autem ab Hornejo citato edisserit, hominem & Deum non esse disparata sumptu pro iis quæ per potentiam naturæ uniti possunt.

71. Fonseca loco notato infert, hanc DEus est homo non spectare ad directas & quinq; prædicabilia Porphyrii. Atqui & hoc nos non negamus.

72. Hominem non paronymicè aut denominativè propriè prædicari ambabus largimur manibus. Scheckium tamen rigorem vocis observasse non adducor ut credam, multò minus quod Scheckii opinio Nestorianismum foveat. Nestorius enim, quod ex Evagrio lib. Scholast. Hist. c. 2. & Cyrillo docet D. Cyparus Brochmandus Theologus ab omnia solida eruditione commendatissimus, meorum studiorum Promotor summus & Evergeta filiali observantia etatem colendum art. de Christo Ἰαυθεωνῳ cap. 8. q. 10. fol. 266. Unionem naturarum in Christo somniavit non ζωογενήσιν sed μεγαληνίσι, quæ esset sine naturarum & proprietatum communicatione. Atqui hoc ex nostra sententia in æternum non sequitur. Videatur hac de re Grauer. l c. f. 90.

73. Scotus, Occam, Gabriel eandem quam nos exposuimus propugnant sententiam. De Scotti mente part. 1. egimus. Occamius etenim à nostris partibus stare intelligetur, si ejus Epitomatorem Bielum adduxerimus, cuius l. c. dub. 4. hac objectio: *Omnis terminus prædicabilis de alio incomplexus habet rationem alicujus prædicabiliū. Atqui homo neg. est genus, neq; species &c. Dei. E., cui satis facit & responderet, verū esse (quod scilicet in majori habetur de termino prædicabili de alio directe.) Nam homo, inquit, prædicatur de termino album, Alemannus, Italus. & tamen neq; genus neq; species, quia absolutum non genus est nec species denominativi, nec est differentia, propriam & accidens cum sit terminus absolutus.*

74. Contingenter posse nominari neq; nos inficiamus, eo tamen sensu quo Logici Tò contingens sunt. Quod si enim quis hic aliam acceptiōnē veller urgere, ille mentem Logitorum vel non perciperet vel perverteret,

75. Ad 1. argumentum §. 64. dico, si prædicari in quale strictè Hornejus sumferit, ipsius major facile ab ipso Porphyrio rejicietur. Dico si quis strictè quale summete voluerit, uti quidem facit Hornejus qui existimat prædicari in quale esse aptè respondere quærenti qualis res sit. Nam hac ratione non omnia accidentia prædican-
tur in quale. Quando enim dico, Cicero est in curia, vinum est in
cantharo, Paulus vapulat. Terentia amat, sunt prædications acci-
dentes, quærentibus tamen Qualis Cicero, Paulus, Terentia sint,
non aptè respondetur, quod Cicero sit in curia. Terentia amet &c.
Hanc observationem habet ipse Porphyrius in Isagoge c. 11. §. 5. Ge-
nera, inquiens, iùs quæ sub se sunt, attribuuntur, in quaſtione quid est:
accidentia vero in quaſtione quale quid est, η τως εχον ἔργα id est
aut quomodo se habeat unumquodq;. Interrogatus enim quid ilū est cor-
rus, dices esse nigrum: aut quomodo se habet Socrates, dices eum agro-
tare aut valere.

76. Falsum 2. est hanc prædicacionem esse in quid. Audi-
mus enim ipsum Hornejum q. 11. n. 6. f. 508. rem hanc ita expli-
cantem: Requiruntur, inquit, ad prædicacionem in quid duo, uti Con-
nimbr. art. 2. & Toletus q. 4. (addatur Antonius Ruvio in Prædicam.
c. 2. q. 6. nec non Trombetta art. 2. Formal.) notant. Primo ut sit
vel essentia vel pars essentia rei. 2. ut dicatur ad modum natura abso-
luta (quod tamen non semper usū venit, uti rectius habet Ruvio l.c.
imò ipse Hornejus p. 1. l. 2. q. 6. n. 7. si enim subjectum fuerit con-
notativum non obstat quo minus etiam prædicatum in quid tale
possit esse v. g. album est coloratum) seu ut aliquid subsistens non
connotative vel ad modum adjacentis. Atqui prima conditio hæc de-
ficit, homo enim ratione formalis conceptus & significati non est
de essentia, vel essentia Dei voce eodem modo sumpta, sicuti part. 3.
vidimus, quod concedere ipse Hornejus debet. Nulla enim contin-
gens prædicatio prædicatur in quid, prædicatio enim in quid est ne-
cessaria, & contingens ad essentiam non spectat. Atqui hæc Enun-
ciatio homo est Deus contingens est, uti habet Hornejus, E.

77. Hornejus 3. confundit diversissimas Enunciationses,
Christus est homo & Deus est homo, cum de posteriori nos tantum-
modo

modo loquamur. *Scotus* quidem l. c. existimat eodem modo se illam ac hanc habere, sed recte refutatur tum à *Capreolo* l. c. tum & quidem sufficientissimè à *Vatzquez* Disp. 68. art. 2. c. 3. ex *Marsilio Ficino*, qui hanc *Christus est homo*, libenter essentialē concedunt, cum quibus & nos facimus.

78. In 2. argumento Hornejus majorē quidem tanquam concessū posuit, quam tamen nos negamus. In 3. concedimus hunc hominem sub sua formalī significacione, comparatum ad hominem predicationem in quid efficere, non tamen quicunq; terminus ex parte rei singularem hominem poscens, hoc modo prædicatur. Si enim dicerem, architectus existens est homo, actu edificans est homo, tunc subjecta poscunt quidem ex parte rei singularem hominem, de quo tamen materialiter ita sumpto prædicata non dicuntur in quid. Prædicatio enim in quid formalia significata attendit, ut prædicatum sit de essentia subjecti, eodemq; modo quo subjectum significet. Atqui prius requisitum hoc loco deficere §. 76. diximus.

79. Neq; si accidentaliter prædicatur homo de Deo, periculum est ut Christus exinde unione accidentalī naturam nostram sibi copulasse videatur. Nam aliud est prædicari accidentaliter, aliud unione accidentalī Physica res in subjecto & prædicato latentes uniri. Nam *corpus est animatum* accidentaliter dicitur, cum tamen anima & corpus essentialiter uniantur Physicē. Vide part. 2.

§. 4.

80. An assumptiva deniq; prædicata hæc possent dici sensu Fonsecæ de eo hac vice non disputamus. Illud tantummodo contra Fonsecam & Horn: urgemos, non opus esse ut assumptiva prædicia bilia constituantur, cum & nos concedamus animal, homo, ratione Dei in nostra Enunciatione non esse stricto sensu Prædicabilia.

81. Schillingio hoc Grauerianum in tract. de simpl. veritat. repono responsum: Cum indocto & perverso calumniatore, qualis superiori vere in Saxonia (Schillingius scilicet) prodit, vixari nolo, quam ne verbulo quidem dignabor. Mercator enim qui sedas suas exten-

expendere vult merces non responstone sed fastibus est dignus. Ego autem
alias optimi Graueri praecessoris mei honorandi manes venerari
nunquam definam, cuius etiam gratia dixi, quæcunq; dixi.

82. Ignoscite ergo illi qui me liberius philosophatum fuisse
arbitramini. Fateor enim me non esse ex illorum numero, qui sce-
næ magis quam ut veritatem cognitam propugnant, subservire di-
dicerunt; neque genius meus id permittit, ut in aliena jurem verba.
Inestimabilis res libertas est, quam esse judicii animam qui credi-
derit & sententia sua adscribat meam. Quod si etiam non omnia
in medium allata Delphica fuerint, eò facilius veniam me imper-
traturum confido, quo proprius labi & cespitare ab hominum inge-
niis abest. Nam inter coetera mortalitatis incommoda & hoc est
caligo mentium, ait Seneca l.2. de ira cap.9. Nemo enim tam
paratus erit ad monendum, quam ego ad
corrigendum.

FINIS.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729466221/phys_0075](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729466221/phys_0075)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn729466221/phys_0076](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729466221/phys_0076)




70 Neq; Gabriel Biel parr̄ocinatur Hor
rotundē cum Grauero per accidentales sive per
In loco autem ab Hornejo citato edifferit, homin
esse disparata sumptu pro iis quæ per potentiam
sunt.

71. Fonseca loco notato infert, hanc D
spectare ad directas & quinq; prædicabilia Por
hoc nos non negamus.

72. Hominem non paronymicē aut dene
prædicari ambabus largimur manibus. Scheckiu
vocis obseruasse non adducor ut credam, multò
eckii opinio Nestorianismum foveat. Nestoriu
Eyagrio lib. Scholast. Hist. c. 2. & Cyrillo docet
mandus Theologus ab omnia solida eruditione comm
rum studiorum Promotor summus & Evergeta filia
rem colendus art. de Christo *Iteavθων* cap. 8.
nionem naturarum in Christo somniavit non
~~ταρξειντινώ~~, quæ esset sine naturarum & prop
nificatione. Atqui hoc ex nostra sententia in æter
Videatur hac de re *Grauer. l c. f. 90.*

73. Scotus, Occam, Gabriel eandem quart
propugnant sententiam. De Scotti mente part. 1.
catenus à nostris partibus stare intelligetur, si ej
Bielem adduxerimus, cuius l. c. dub. 4. haec objec
tus prædicabilitus de alio incomplexus habet rationen
bilit. Atqui homo neg. est genus, neq; species &c. De
cit & respondet, verū esse (quod scilicet in majori
prædicabilitate de alio directe.) Nam homo inquit, pra
album, Alemannus, Italus, & tamen neg. genus neg
lutum non genus est nec species denominativi, nec e
priam & accidens cum sit terminus & absolutus.

74. Contingenter posse nominari neq; i
tamen sensu quo Logici Tō contingens sumunt
hic aliam acceptionem vellet urgere, ille mente
non perciperet vel perverteret.



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TEX3 Serial No. L
Patch Reference numbers on UTT